hominibus. Inutile autem arbitrabatur ac turpe hisce
dare operam sicut & plato in euthydemo testatur. De
derat illi charmides domesticos pueros ut ab eis de
duceretur. Sed noluit ille suscipere. Sūt qui dicant
illum alcibiadis eximiam formam aspernatum. Vaca
tionem ut possessionem omnium pulcherrimam lau
dabat & in ea iocundissime acquiescebat ut ī sympo
sio testatur xenophon. Dicebat & unum eē bonum
scientiam: malum e contra inscitiam. Opes atq: nobilitatē

non solum nihil in se hre honestatis uerum & malum omne ex eis oboriri. Denique cum dixisset ei quidam antisthenem matre eet threicia: tunc inquit arbitrabaris ex duobus atheniensibus adeo insignem uirum natum? Phedonem quoque captiuitatis necessitate: questui turpi expositum critoni redimendum praecepit: spectatumque philosophum fecit. Sed fidibus canere didicit qn illi oportunu fuit: minime improbum seu pudendum dicens qd quisque nesciat discere. Saepius item saltabat eam exercitatione plurimum ad tuendam bonam ualitudine conducere existimans. sicuti & xenophon in symposio testatur. Asserebat & demonium sibi futura praesignare. Ac bene incipere no ee: sed maximum. Et scire se nihil praeter hoc ipm quod nesciret. Eos item qui praecotia multi emeret desperare se ad maturitatis temp peruenire. Rogatus aliquando que nam sit iuuenis uirtus: nihil nimis inqt.

G
cometrie eousque dandam operam monebat: quoad quisque possit terram mensura accipere & dare. Euripide uero de uirtute ita disserente ut diceret: praeclarum ee temere hanc dimittere: surgens aegressus e: ridiculum ee dicens mancipium si no inueniatur dignum inquisitione iudicare: uirtutem passim perire pmittere. Interrogatus utrum moelius eet uxorem ducere nec ne: utrumuis horum inquit egeris poenitentia incesset. Admirari dicebat quur hi qui lapidea signa sculperent summa ope niterentur ut lapis homini quam simillimus euadat se ipos curare negligerent ne similes lapidibus & uideantur & sint. Hortabatur & iuuenes se iugiter in speculo intuerentur ut siquidem formosi eent: digni ea specie fierent: sin autem deformes deformitatem eruditione protegerent. Cum uocasset ad cenam diuites. & xantippem modici puderet apparatus: bono inquit esto animo. Nam siquidem modesti erunt frugi mensam haud quaquam aspernabuntur. sin autem intempantes: nulla nobis de hisce cura erit.

A
iebat alios homines uiuere ut ederent: se ideo edere ut uiueret. Ad haec uulgus ignobile & imperitam amplectentes plaebem: idem ferme facere dicebat: ac siquis singulos nummos reprobaret congestum ex hisce cumulum ut probabilem susciperet. Cum sibi dixisset aeschines: paup

sum: & aliud habeo nihil. Me ipm autem t do an uero tu inquit no animaduertis q mihi maxima tradis. Indignanti cuidam quur despiceretur: cum summa rerum triginta sibi arripuissent. ergo ne inquit poenit& te. Referentiq; illum athenienses mori decreuissent: & natura illos inquit. hoc alii ad anaxagoram refferunt. Dicente sibi uxore iniuste moreris: ne tu inquit iuste malles. Cum in somniis quaendam sibi ista dicentem audiss&: tertia te phylyct tempestas laeta locabit ait ad aeschine post diem tertiam se moriturum. Qua die cicutam bibiturus erat. Appellodorus pallium ptiosum obtulit. ut in illo moreretur. Et ille quid inquit. Num palliu meum uiuenti congruum fuit: uita functo no conuenit&. Nuntianti sibi quendam se maledictis incessere: bene ait loqui no didicit. Cum disruptam pallii sui partem uertiss& antisthenes & in spectandum omib dediss&: aspicio inquit p scissuram pallii tua uanitatem. Dicenti cuidam no ne tibi ille maledicit: Non inquit. Mihi enim ista no adsunt. Dicebat expedire se ipm ex industria comicis exponere. Nam siquidem ea dixerint quae in nob corrigenda sint emendabunt: sin alias nihil ad nos. Xantippe cum in eum prius conuitia & maledicta iaculata ess&: postmodum uero & sordidas aquis pfundiss&: nonne inqt dicebat xantippem tonantem quandoq; pluituram. Dicenti alcibiadi no esse tollerabilem xantippem adeo morosam atquin ait ego ita hisce iampridem assuetus sum ac si iugiter sonum trocleanum hauriam. An uero tu non tolleras clamore pstraepentes anseres: illo dicente at mihi oua pullosq; pariunt. & m ait. xantippe filios gignit. Cum pallium illa sibi in platea substuliss&: monerentq; familiares iniuriam manu conserta ul asceretur: praeclare inquit: ut nobis contrixantibus quisq; uestrum acclamare pgat. Eia socrates eia xanthippe. Asperioris ingenii uxori ita congraediendum monebat: ut equis animosis equites. Caeterum sicut illis cum hosce subegerint reliqui facile caedunt. ita & mihi post xanthippe usum reliquorum mortalium facit tolleratio obuení&. Ista & huiusmoi gerens quotidie & dices

pythie testimonio laudatus ē. quae cherephonti id oracu
lum edidit quod in ore omnium ē · quo s mortalium
omnium socrates sapientissimus predicatur · Ex quo ma
gna in illum inuidia conflata ē · Preterea q: quod eos qui
se ipos magnificarent : & estimarent qi stolidos & insen
satos arguiss& · Eorum ex numero anytus ē · sicut in men
nonne plato ait · Is enim a socrate rideri se nō ferens : p̄mū
quidem aristophanem aduersus illum inūxit atq: in eius
maledicta prouocauit · Postmodum uero melitum etiam
induxit : ut illi crimen impietatis adulescentiumq: corrup
tionis obicer& · Et melitus quidem ad iudices illum ac
cusauit : sententiam uero polyeuctus dix̄ : ut ait fauo
rinus in omnimoda historia · Orationem policrates sophi
sta scripsit · ut hermipp⁹ refert · siue ut quidam uolunt
anytus · praeparauit autem omnia Lycon orator · Porro an
tisthenes in philosophorum successionib; : & in apologia pla
to : tris illum accusasse tradunt · Anytum lyconem : ac me
lytum · Anytum quidem opificium · ciuiumq: partes tu
entem lyconem oratorum melitum uero poetarum · qđ eos
FAVORINVS · omnis carper& socrates · Fauorinus in primo cōmentario&
ueram nō esse policratis in socratem orationem tradit : qđ in
ea facta sit mentio murorum a conone instauratorum · Id quō
factum constat sexto anno post socratis mortem · sic autem se
hab& · Enimuero causę ipius coniuratio hoc modo gesta est.
S ·eruatur enim hactenus inquit fauorinus in metroo · Accu
sauit melitus militi filius pittheus socratem soniphronici
filium alopecensem : de his& criminib; · Iura uiolat socrates.
quos ex maiorum instituto suscepit ciuitas deos ēē non
estimans alia uero noua demonia inducens Contra ius
& fas iuuenes corrumpit · Poena illi mors Phs uero c̄
sibi lysias quam pro se scripserat apologiam recitass&
bona inquit & praeclara ē oratio lysia mihi tamen mi
nus congruit · Erat enim illa plurimum iudicial : quā
ut pho conuenire uideretur · P contanti lysię cur si bona
ēēt : non sibi congruer& oratio : nō ne inquit & in du
menta & calciamenta speciosa ēē possent : neq: tamen
mihi conuenire · Cum uero iudicium ageretur ascen
disse platonem in suggestum refert iustus thyberiensis
in stemate : ac dixisse · Minor natu cū sim uiri athenienses

his omnibus qui tribunal ascenderunt: interpellatumque
a iudicibus reclamantibus descende. Damnatus igitur est iu-
dicum ducentis octoginta & una sententiis. Tractantibus
inter se iudicibus quid illum potius conueniret: aut
pendere: uiginti & quinque drachmas soluturum se
dixit. quamquam eubulides centum esse pollicitum dixerit.
Verum tumultuantibus iudicibus: eorum inquit gratia
que a me gesta sunt: censeo me in pritaneo pu-
blice ali. Tum illis adiectis aliis octoginta senten-
tiis morte illum damnant. & continuo coniectus in
uincla post paucos dies uenenum bibit. Multa prius
de immortalitate animorum ac praeclara disserens: quae
in phedone plato digessit. Poema quoque illum scripsisse
plerique autumant. cuius est initium. Delie apollo salue
simulque diana. Porro dyosodorus illius non esse memorat.
fecit & aesopiam fabulam non multum composite. cuius
initium est. Aesopus haec retulit & cetera Atque in hunc mo-
dum socrates excessit e uita. Atheniensibus eius facti
tantum poenitentiae incessit mox ut palestras & gym-
nasia clauderent. & alios quidem exilio: melitum uero
morte damnarent. Socratem aerea imagine publice ho-
norauere: quam a lysippo perfectam: in urbis celeberrimo
loco statuerunt Anytum ipsa die reuertentem heracleotae
exterminarunt. Passi sunt hoc Athenienses non modo in
Socrate uerum in aliis uiris illustribus permultis. Namque
ut ait heraclides homerum ueluti insanientem drach-
mis quinquaginta multarunt. tyrtaeumque mentis impotem
dixerunt. & astydamantem primum ex ludo aeschyli
sapientissimum aerea imagine honorauerunt. Eis euri-
pides quoque id exprobat in palamede: innocuamque mu-
sam interfectam clamans. Enimuero philochorus euripi-
dem ante socratem obisse tradit. Nascitur Socrates ut
ait appollodorus in chronicis sub apsephione septua-
gesimae & septimae olympiadis anno quarto thargelio-
nis mensis sexta quo die lustrant athenienses ciuitatem
dianamque natam delii tradunt. Moritur primo anno
nonagesimae quintae olympyadis: septuagesimo aetatis an-
no Eadem ferme demetrius phalereus ait. Sunt qui
sexagenarium obisse referant. Vterque uero socrates &

anaxagore auditores fuere Perc euripides

euripides primo anno septuagesime quinte olympiadis sub calliade ortus est. Videtur autem mihi Socrates et de naturalib; disseruisse: quandoquidem et de prouidentia placitumq; disputat: ut et xenophon ait. et certe cum de moralibus tantummodo uerba eum fecisse asseueret: Sed et plato in apologia mentionem anaxagore faciens aliorumq: physicorum quae Socrates negat de his dicere ipse comprobatur et quidem cum sua omnia socrati semper attribuat. Refert Aristoteles magum quendam ex syria profectum athenas socratem pluribus in rebus repraehendisse. uiolentamq: illi mortem futuram predixisse. Fuit ei ut refert Aristoteles in tertio de poetica cum anthiocho lemnio et anthiphonte contentio quemadmodum et pythagore cum cydone et onata uiuentiq: homero cum sagari: uita functo cum xenophane colophonio hesiodo item uiuenti cum certope defuncto cum xenophane memorato. Pindaro cum amphimene coo thaleti cum phoerecide biantiq: cum salyco prieneo. Pittaco cum antimenide et alcaeo anaxagore cum sobilio simonidiq: cum timocreonte. Sed enim ex his quae q successere socrati appellanturq: socratici: nobilissimi sunt. plato. xenophon et antisthenes phedon euclides. et aristippus. Primo igitur dicendum de xenophonte: deinceps de antisthene inter cynicos tum de socraticis. Atq: ita demum de platone qui et decem sectarum princeps est primamq: achademiam ipse constituit. hic ergo successionis est modus. fuit et alius socrates. historicus q argos diligenter descripsit. Alius item peripateticus bithinius: atque alius poeta epygrammatum: et alius cous qui deorum precationes inuocationesq; conscripsit;

ex his non q dicit dixit clarissimi fuere quamuis eschines

XENOPHON.

XENOPHON grilli filius atheniensis pago archieus fuit. Erat autem uerecundus: et ultra quam dici possit speciosus. Aiunt eum cum socratem in angiporto quodam habuisset obuium: porrecto ab eo baculo transire prohibitum. Percontanti uero ubi nam uenirent que humanis usib; accomodata sunt singula: Cum ille respondisset rursus: ubi nam probi ac

ac boni fierē & homines rogare prexit. Ad hec herente illo dixisse socratem. Sequere igitur & disce. Ex eo socratis auditor factus primus omnium que dicebantur notis excepta: in publicum edidit: commentaria inscribens. primq: phorum scripsit historiam. Hunc adamasse cliniam aristipp⁹ in quarto de antiquis delitiis meminit. Atq: ad eū hec dixisse. Nam nunc ego cliniam gratius intueor q̄ cetera que sunt inter homines speciosa sunt dulcia hominibus. Caecusq: mallem ad caetera fieri: dum unici clinie conspectu fruerer. Angor noctu & insomniis qd illū non uideo Diei atq: soli gratias ingentes ago: quod clinie mihi faciem reuelant. In Cyri amicitiam hoc modo uenit. Erat illi familiaris quidam proxenus nomine boetius genere: discipulus gorgie Leontini: cyroq: cognitus & carus. Is apud cyrum sardis morabatur. Scripsit autē xenophonti epistulam athenas accersens illum: & cyro amicum fieri suadens: hanc ille socrati ostendit cōsiliūq: flagitabat. Cum ille delphos misit meare dei consilio usurum. Paruit xenophon: profectusq: ad deum: rogat ne pgeret ad cyrum nec ne: sed quo pacto iret. Qua in re socrates illum & si modice insimulabat proficisci tamē monuit. Vbi autem ad cyrum uenerat: ita se illi insinuauit: ut non minus illi amicus carusq: fuerit q̄ proxen⁹.

Et alia quidem omnia quae in ascensu cyri ac descensu contingere nobis ipse diligentissime tradidit. Inimicitias autem aduersus menonem pharsalium grauissimas exercuit qui fuerat ascensus tempore peregrini militis ductor. cui inter caetera maledicta & illud obiecit maiorib⁹ illo se usum amasiis. Appollonidi item cuidam exprobauit: pforatis ēē aurib; dicens. Post ascensum uero: & ponticas clades: & foedera a sentho odrysorum rege uiolata: se in asiam contulit ad agesilaum lacedemoniorum regem: cyriq: milites illi sub mercede praestitit ac se illi penitus deuouit amicissimusq: fuit. Quo tempore q̄ laconicas partes tueri uideretur: exilio damnatus ab atheniensib; ē. Profectus deinde ephesum dimidium auri qd secum tulerat megabizo dyanae sacerdoti seruandū tradit: quoad reuerteretur. Sin autem statuam ex eo cōfectam deae consecrare iubet ex dimidio reliquo donaria

indelphos misit. Inde cum agesilao in graeciam ad bellū
contra thebanos profectus ē: lacędemoniis cōmeatum
illi suppeditantib;: hinc iam obmisso agesilao in agrum
aelię scilluntem uenit: ab urbe paruo spatio disseperatū;
S equebantur autem illum & muliercula philesia nomīe.
ut refert demętrius magnesius: & duo liberi gryllus & dio
dorus: ut ait dinarchus in libro de repudio aduersus
xenophontem. qui & gemini uocati sunt. Adueniente
uero megabizo sub occasione publice fęstiuitatis: recęp
tis pecuniis praedium emit & deę consęcrauit. quod am
nis interfluit selenus ephesino fluuio aequiuocus. hinc
iam uenationibus instabat amicis conuiuia faciens: hi
storiasq; conscribens. Refert dinarch' lacedemonios illi
domum agrumq; dedisse. Philopidam praeterea spar
tiatam aiunt ad eum illic dono misisse mancipia ex dar
dania captiua abducta. ipsumq; arbitrio suo illa dispo
suisse. Quo tempore elienses in scillunta cū exercitu p
fectos: Lacedemoniis remorantib; agrum coepisse. Tum
uero xenophontis liberi cum paucis seruis clam se subdu
centes in lepreum concęssere. Xenophon quoq; ipse in elim
primo. postmodum in lepreum ad filios uenit atq; in
cum illis corinthum profectus: illic postea domicilium
habuit. Interea cum decreuissent athenienses afflictis lace
demoniorum rebus opitulari: filios athenas militaturos
pro lacędemoniis mittit. Apud spartanos quippe insti
tuti fuerant ut refert diocles in uitis philosophorum.
E x ea pugna diodorus nullo praeclaro facinore illustris eua
sit: eiq; filius ex fratris nomine fuit. Porro grilus inter
equites fortissime dimicans: erat autem ea pugna circa
mantiniam: honesta morte defungitur magistro equitū
cephisodoro: & imperatore exercitus agesilao: ut ait epho
rus in quinto & uigesimo historiarum libro. In ea dimica
tione epaminondas thebanorum dux cecidit. Fertur xe
nophon coronatus sacrificasse & cum filium corruisse
didiciss&: coronam deposuisse: partim ut eius uirtus cae
lebris fier&. partim item ut pri gratificarentur. Socratē
item grilli laudes conscripsisse. Hermipp' testis ē in libro
de uita theophrasti. Timon eum ut sol& carpit. hec ui
ta xenophontis fuit. Florebat maxime quarto anno no

nagesime & quarte olympiadis. Ascenditque cum cyro sub
principe xeneaeste anno uno ante socratis mortem obiit
autem ut ait stesiclides atheniensis in descriptione prin
cipum & olympionicum: anno primo centesime quinte
olympiadis sub principe callidemede: sub quo & philippus
amyntę filius macedonibus regnabat. Obiit corinthi ut
ait demetrius magnesius: ad maturam iam prouectus senec
tutem. Vir profecto cum in ceteris prestans & bonus tum
equorum uenationisque ac discipline militaris imprimis
studiosus: ut ex libris suis intelligi datur. religiosus pre
terea & sacrificiis intentus: extaque & fibras diiudicare
doctus: & socratem ad unguem imitatus. Scripsit autem
ad quadraginta libros: aliis aliter eos diuidentibus. Ascen
sum cyri cuius per singulos libros: non autem totius operis
proemium fecit Cyri ΠΑΙΔΕΙΑΝ. grecas res & commen
taria symposium quoque & economicum & de equestri.
& de uenatione. hipparchicum preterea & socratis apo
logiam & de seminibus. hieronem quoque siue tyrannum
agesilaum & atheniensium ac lacedemoniorum ciuilitates
quam non esse xenophontis demetrius magnesius testa
tur. Fertur & thucydidis libros eatenus latentes cum
subducere posset: ipse prior in eius sui gloriam in lu
cem dedisse. Appellabatur autem musa attica: pro dul
cedine eloquii & incredibili facilitate. Quocirca &
se inuicem ipse ac plato emulabantur. ut suo loco cum
ad platonem uenerimus dicemus. Inuenio alibi cla
ruisse illum circa octogesimam & nonam olympya
dem una cum socraticis caeteris. Istrus autem asse
rit illum ex decreto eubuli exulasse: eiusdemque po
stea sententia redisse. Septem uero fuisse xenophontes.
P rimus ipse hic. Secundus atheniensis pytostrati illius
frater: qui theseidos poema composuit: qui inter cetera
epaminonde quoque uitam conscripsit ac pelopide.
T ertius cous medicus. Quartus qui hannibalis hysto
riam scripsit. Quintus qui prodigia fabulosa commen
tus est. Sextus parius sculptor egregius. Septimus
antique comedie poeta

AESHINES. charini lucanicas uendentis:
siue ut quidam uolunt Lysanie filius athe
niensis: a puero mire indolis. laborumq; pa
tientissimus fuit. quo circa & a socrate nunq
discessit. Atq; ideo Socrates de illo dicere solebat. Solus
nos honorare nouit aeschines / hunc idomeneus tradit
in carcere fugam socrati suadere temptasse non critonem.
uerum platonem cum amicior esset aristippo: critoni uer
ba illa accomodasse. Vocatur in ius aeschines & inpri
mis a menedemo eretriense quod socratis nomine dialo
gos complures inuexerit. quos a xantippe se accepisse
memorabat. Ex quib; illi sunt qui uocantur acepha
li nimium flaccidi nec socraticam robustatem aut
copiam pre se ferentes: Eos tamen aeschinis non esse pi
stratus ephesius asserit. Sed & plures ex septenario il
lo numero persaeus refert pasiphontis eretrici esse atque
ab eo aeschinis insertos libris. Anthisthenis quoque
minorem cyrum & minorem herculem & alcibiadem
ceterorumq; libros ab eo fuisse compilatos. Sunt au
tem aeschinis dialogi qui socraticum exprimunt morem
septem isti. Primus miltiades ideo quodammodo in
becillior est. deinde callias tum axiochus: aspasia: al
cibiades telauges & rinon. Aiunt ipsum inopia adac
tum uenisse in siciliam ad dyonisium atq; a platone
despectum. Ab aristippo fuisse illi commendatum. Ibiq;
prolatis dialogis quibusdam accepisse munera. De
mum athenas reuertisse ibiq; minime philosophari
ausum quod illic platonis & aristippi esset clarissimum
nomen. auditores sibi sub mercede quesiuisse: dein
in defensionem innocentium se ad scribendas orationes
iudiciales conuertisse. Atq; ideo timonem de illo dixis
se referunt quod in persuadendo potens fuerit. Aiunt il
li dixisse socratem. cum premeretur inopia: ut a se ipso
usuras exigeret sibi subducendo cibaria. Huius dialo
gos Aristippus & suspectos habuit. Deniq; dum eos me
garis legeret reprehendisse feruntur ac dixisse. Vnde
tibi ista latro? Refert polycritus mendensius in pri
mo de dyonisio: uixisse illum cum tyranno iugiter quo
ad tyrannide excideret: & ad dionis in syracusas re

F ditum cum illo asserens & carcinum comicu[m] fuisse.
ertur & eius ad dionisium ep[isto]la. Erat a[utem] in arte orato-
ria maxime exercitatus ut ex ea oratione qua[m] pro de-
fensione p[at]ris phaecis magistri militum scripsit. & ex
eo quod gorgiam leontinum imitatus e[st] maxime c[on]stat.
S cripsit autem & lysias orationem contra illum quam
scripsit de calumnia. Ex quib[us] p[ro]fecto liquet oratore[m]
praecipuu[m] fuisse. Erat ei & familiaris quidam ari-
stoteles nomine cognomento myntus. Panetius om-
nium socraticorum ueros e[ss]e dialogos censet. platonis.
xenophontis. Antisthenis. aeschinis. De phaedonis t[ame]n
& euclidis ambigit. Ceteros damnat. Octo autem fue-
runt hoc nomine. Primus hic ipse. Secund[us] qui arte[m]
oratoriam conscripsit. Tertius orator demosthenis
emulus. Quartus archadia profectus isocratis disci-
pulus. Quintus mytileneus quem & flagellum ora
torum uocabant. Sextus neapolitanus achademic[us]
p[hilosophu]s. melandii rhodii discipulus. idemq[ue] pedica. Sep
timus milesius, ciuil[is] scriptor. Octauus statuarius,

ARISTIPPVS

ARISTIPPVS genere cyrenaicus fuit. Pro
fectum uero athenas socratis fama pertux[it]
aeschines tradidit. Is ut ait phanias p[er]ipa
teticus eresius primus socraticorum merce-
dem exegit & quaestu p[ro]batus est. Magroq[ue]
pecunias mittebat. cui cum aliq[ua]n[do] uiginti minas
misisset. ille eas continuo remisit. Asseres deum n[on]
sibi p[er]mittere. Displicebat quippe id socrati. Xenopho
aduersus eum infoesto fuit animo. Quo circa & li
brum contra uoluptatem in aristippum scripsit asser-
torem uoluptatis eamq[ue] socrati disputatione[m] adsigna-
uit. Theodorus quoq[ue] in libro de sectis illum co[n]uitiis
agit. & plato in libro de anima sic in aliis memora
uimus. Erat autem ei ingenium facile & congrue-
re loco. tempori. persone. nouerat omnemq[ue] conue
nientiae simulare rationem. Q[ua]m obrem & dionisio
plus ceteris probabatur q[uod] ad omne q[uo]d emergeret:
bene affectus instructusq[ue] uideret. Nam ut p[er]cipie-
bat praesentium uoluptatem: ita ut absentib[us] frueret:

nō laborabat. Vnde & diogenes regium appellabat canē.
eumq: timon ut nimis delicatum acriter mordet. Aiunt
illum aliquando uixisse pdicem quinquaginta drachmis
emi. Tantum luxurię grauiter ferente quodam respondis
se: an tu istam obulo non emeres. Et cum adnuisset ille.
mihi uero inquit quinquaginta dragmę tantum ualent
res formosas meretrices in conspectum dari aliquādo
dionisius iussit. eumq: quam ex illis uellet digere. tū
ille tres simul abduxit dicens neq: paridi tutum fuisse
quod unam pretulerit ceteris. Eas igitur ad uestibulū
usq: deduxit ac dimisit. adeo erat & in eligendo & in
contemnendo facilis. Ideoq: stratonem siue ut alij uo
lunt platonem ad eum dixisse tradunt: t soli & cla
midem & pannum ferre datum ē. Consputus a dyo
nisio: modice tulit. Eam iniuriam cum quidam egre
ferret: piscatores inquit ut gobium capiant. mari pa
tiuntur aspergi & ego ut blenum accipiam nō patiar
excreatione respergi. Preteruntem quandoq: dioge
nes olus abluens: obiurgauit ac dixit. Ista tu si para
re didicisses tyrannorū aulas nō adeo foedus assenta
tor adires. Tu uero ait ille siquidem conuersari cum
hominib; scires: olera profecto nō lauisses. Interroga
tus quidnam sibi ex phię studiis quesisset: posse inqt
omnib; fidenter loqui. Cum probro sibi daretur: q
pretiose & exquisitissime uiueret: si uituperandum ait
hoc eēt in caelebritatib; deorum profecto non fieret. Ro
gatus quid hn̄t amplius phi: si omnes inquit leges in
tereant: similiter uiuemus. Percontanti dionisio cui
rei gratia phi diuitum limina terunt. phorum uero di
uites non ita: qd illi inquit sciunt qb; indigent isti
nesciunt. Interrogatus quo differant docti ab indoctis.
quo inquit domiti eq ab indomitis. Ingressus aliqn
meretricis cellulam: cum erubesceret quidam ex his
qui cum eo erāt adolescentib;: nō inquit ingredi: sed
egredi nō posse turpe ē. Cum a quodam sibi propositū
eēt enigma & ut solueret importune ab eo ipo qui pro
posuerāt requireretur. quid inquit o stolide uis soluam
qd etiam inuolutum nob negocia praebet. Melius eē
dicebat mendicum euadere q̄ imperitum. Illic enim pe

cuniis· hic humanitate indigetur· Cum aliqn conuitiis
ageretur: abibat· Insectatore uero prosaequente aut dicen
te cur fugis? quoniam inquit maledicendi tu potestatem
hes ego non audiendi· Indignanti cuidam ac dicenti cur
phos caerner& semp obsidere diuitum fores: & medici
inquit languentium ianuas fraequentant· Non tamen
ideo quispiam infirmare malle: q mederi· Corinthum
nauigabat aliquando: & cum tempestate iactaretur: tur
bari coeperat· In ea pturbatione cuidam insultanti ac
dicenti: nos imperiti no metuim uos phi cur traepidatis?
no enim inquit de eadem aut simili anima utrisque
nrm cura & moetus incumbit· Glorianti cuidam qd mul
ta didicisse& ait· Sicuti no hi qui plurima comedut & exe
gentur: melius ualent: quam q sumunt necessaria: ita n
qui plurima: sed qui utilia legerunt studiosi habendi
sunt: & eruditi· Oratori qui causam pro se dixerat: &
uicerat sciscitanti quid te adiuuit socrates? hoc inquit:
ut oratio quam pro me & de me habuisti uera sit· Are
tam filiam praeclaris monitis instituebat: cupiditatis do
cens ee contemptricem· Rogatus a quodam quonam mo
melior euasurus ect filius si erudiretur: & si nulla inqt
alia in re certe uel in theatro no sedebit lapis sup lapid.
C um sibi quidam commendass& filium: quingentas
postulauit dragmas· cui ille cum dicere&: tanti emere ma
cipium ualeo· eme inquit & habebis duo· Pecunias se
ab amicis accipere dicebat non ut ipse uteretur: sed ut
scirent illi quas ad res pecuniis uti conueniat· Probro
illi saemel obicientib: cur m ca propria conduxerit rhe
torem· Atquin inquit & cocum dum caenam facio co
duco· Cogente aliquando dyonisio: ut aliquid ex phia
loqueretur: ridiculum ait e: siquidem me ut loquar inter
rogas: & quando loqui oporteat: ipse me doces· Ad hec in
dignatus dionisius extraemu omnium fecit accumbere·
S ed ille illustrem inquit hunc locum fieri & aparere uolui
sti· Gloriabatur quidam ac sibi applaudebat de natandi pi
tia: ad quem ille· no erubescis inquit in hisque delphinis
propria sunt gloriari? Interrogatus quid differat sapiens
ab insipiente? Mitte ait ambos nudos ad incognitos &
disces· Exultanti cuidam qd multum bibens no inebriaret.

Hoc inquit & mulus facit. Ad eum quoque qui cur meretrici coha
bitaret arguebat: dic age inquit: numquid differat: eam
domum accipere quam multi inhabitauerunt aliquando:
aut quam nemo. Negante illo quid inquit? Num dif
ferre putas ea naui ferri qua innumeri sepe nauigauerint:
siue in qua nullus? Minime inquit ille. Neque ergo in
quit differt: utrum mulieri congrediare: ei neque multis fue
rit exposita: an que nulli. Culpatus cur ex Socratis di
sciplina ueniens pecuniam acciperet: & merito inquit:
Nam Socrates cum sibi plerique mitterent triticum & ui
num: paucis in suos usus reseruatis: remittebat reliqua.
Habuit quippe ille penuarios atheniensium principes: ego
autem eutychidem empticium seruum. Utebatur & Lay
de meretrice ut refert Socion in secundo successionum
libro. Qua ex re cum sigillaretur a plurimis: habere se Laide
respondit non a Laide haberi. Nam continere a uoluptati
bus: neque eis manus dare preclarum esse: non earum sibi
usum interdicere. Exprobantem sibi lautiores & delica
tos cibos: hac ratione compescuit. Tu inquit ista tribus
obolis non emeres? Fatente illo: non igitur inquit uolup
tati studeo: quam tu auaritie. Ostendebat ei simus dyo
nisii questor magnifice instructas edes & pauimenta pre
tiosa. erat autem phryx. tum ille sputa quam maxima potu
it ei in faciem coniecit. Indignante illo: non habui in
quit oportuniore locum. Charonde siue ut quidam
uolunt phedoni interroganti quisnam esset unguentis
delibutus: ego inquit infelix: & me infelicior persarum
rex. Ceterum uides neut cetere animantes propterea nihil
sui iuris amittunt. sic ne homo quidem. Mali uero ma
le pereant cynedi qui unguenta preciosa nobis exprobant.
Platone magnifici illum apparatus & pretiose supellec
tilis insimulante: num ait bonus tibi dyonisius uidetur.
Fatente illo: atqui uiuit inquit ille quam ego magnifi
centius. Nullo igitur impedimento est ad bene uiuendum
lautior uictus. Interrogatus quomodo Socrates obisset
diem: utinam inquit sic ego? Intrauit ad illum aliquando
sophista polixenus. Intuitusque mulieres compositas & ma
gnifice instructum conuiuium accusare luxum eiusmodi
coepit. Continuit se ille modice ac demum potes ne inquit

hodie nobiscum esse? Et cum ille annuisset: cur ergo i[n]q[ui]t
quereris? Nempe .x. caetum e[st] te no[n] delicatiori mensa[m]
accusare: sed sumptum. Gestabat eius famul[us] in itinere
pecuniam. & cum premeretur onere: effunde ait q[uo]d ni
mis e[st]. & fer ea quae praeuales. Testatur id bion Cum
aliquando nauigaret: didicisset q[ue] nauem e[ss]e pyratica[m]:
acceptum aurum numerabat. Dein q[ua]si imprudenti &
inuito lapsum e manib[us] iactauit in mare: ingemuitq[ue]
grauiter. Sunt q[ui] illum & haec dixisse memorent. Me
lius e[st] ut hec ab aristippo: q[uam] aristippus p[ro]p[ter] ista pereat. In
terroganti dionysio ad quid uenisset: ut inquit que ha
beo impertiar quae no[n] habeo accipiam. Alii sic eum res
pondisse referunt. Quando sapientia egebam adii socra
tem nunc pecuniarum egens ad te ueni. Arguebat maxi[m]e
homines. quod in auctionib[us] quidem uasa inspicerent.
uitam uero nequicq[uam] probarent. Hoc alii diogenis fuis
se uolunt. Iusserat aliquando dyonisius in conuiuio
ut singuli in ueste purpurea saltarent. Id plato renuit
dicens non posse exuere femineam uestem. Sumptam
uero Aristippus se induit. & cum saltare i[n]ciperet p[ro]mpte
proprieq[ue] dixit. Et inter bachanalia pudicus no[n] corru
pitur. Orabat aliquando pro amico dyonisium. & cu[m]
repelleretur ad pedes eius corruit. Id factum e[ss]e argue
ret quispiam: no[n] ego inquit in culpa sum: sed dyoni
sius qui aures h[abe]t in pedib[us]. Morabatur in asia: & c[um]
ab artapherne satrapa fuisset comprachensus: inter
rogatus a quodam an sibi confideret: quasi u[er]o inq[ui]t
o stulte magis unq[uam] fidens fuerim q[uam] modo sum al
locuturus arthaphernen. Eos q[ui] liberalib[us] imbuti disci
plinis: philosophiam neglexissent penelopes aiebat
procis esse simillimos. Illos enim & melantho & poli
doram & ancillas alias cunctaq[ue] potius h[abe]re: q[ua]m d[omi]ne
sue nuptias sperare potuisse. Simile quidem & aristo
dixisse fertur. Vlixem quippe cum descendisset in in
fernum. mortuos fere uidisse omnes adlocutumq[ue]
e[ss]e: reginam uero ip[s]am ne uidere quidem potuisse.
A ristippus autem rogatus quenam iuuenes oporteat di
scere: ea inquit quae uiris usui sint futura. Exprobranti
cuidam cur a socrate ad dyonisium se contulisset: atq[ue]

inquit ad socratem disciplinæ indigens profectus sum.
ad dyonisium autem pecuniae egenus ueni. Multas iam
pecunias consecuto: cum diceret socrates unde tibi tam
multa: inde inquit. Vnde et tibi pauca: Dicente sibi scor
to: ex te concipio: nō inquit hoc magis nosci q̄ si p spi
nas densissimas pgens dicere posses: ista me pupugit.
C ausante quodā; cur filium qui non ex se natum proiceret:
an uero inquit ignoramus & pituitam & pediculos ex
nobis gigni: quę tamen: uelut inutilia quam longissime
proicimus. Cum a dyonisio pecuniam ipse plato librum
accepisset: insimulante se quodam: ego inquit pecuniis
indigeo plato libris. Percontanti cuius rei gratia se dyoni
sius argueret eius ait: cuius illum arguunt caeteri. Postu
labat pecuniam a dyonisio. & ille dixisti inquit non
egere sapientem. Da inquit ille. & postea de his quære
mus. Et cum dedisset: uides ne ait me nō indigere: Di
cente ad eum dyonisio: q enim ad tyrannum proficiscit.
illius ē seruus quamuis liber fuerit: nō est inquit seruus: si
liber uenit. Hoc diocles refert in libro de uita phorum.
A lii platonem id dixisse tradunt. Iratus aeschini nō mul
to post. nō redibimus ait in gratiam: neq; delirare de
sistemus: Num expectab quoad quispiam de nob scur
ra loquatur ad calicem: Et ille grato inquit animo.
Memento ergo ait aristippus qd ad te cum eēm maior
natu prior accessi. & æschines recte p iunonem dixi
sti. Nam me multo profecto melior es. Ego enim inimi
citiarum tu amicitię particeps fuisti. Et ista quidem d
illo referuntur. Fuerunt autem aristippi quatuor. Pri
mus iste de quo nob saermo ē. Secundus q archadiae
historiam scripsit. Tertius: qui quod a matre doctus
eēt. metrodidactos dictus ē. prioris nepos filię saliciet
filius. Quartus ex noua achademia profectus. huius
autem cyrenaici philosophi libri isti memorant. Tres
historię libicæ libri ad dyonisium missi. Dialogi ui
ginti quinq; alii quidem attica. alii uō dorica locu
tione scripti. Sunt autem hi artabazus ad naufragos.
ad fugitiuos. ad pauperem: ad laidem. ad porum. ad
laidem. item de speculo. Hermias in somniū ad eū
qui prae erat poculo. Philomelus ad domesticos. ad in

cræpantes.

crepantes: quur uetustum uinum scortaq; possideret. Ad
uituperantes quod magnifice instrueret mensam. Epistola ad
aretem filiam. Ad eum qui seipsum exercebat in olympia.
I nterrogatio. Alia interrogatio de necessitate ad dyonisium.
Alia in imagine. Alia in dionisii filia. Ad eum qui ar-
bitrabatur se contemptui & ignominie haberi. Ad eum
qui consulere moliebatur. Plerique; illum & diatribarum
sex libros explicuisse asserunt. Alii penitus scripsis-
se negant ex quibus est sosicrates rhodius. Porro & so-
tion in secundo & panetius hec illum scripsisse referunt
uidelicet de disciplina. De uirtute exhortatorius. Artabazus
naufragi: fugitiui: diatribarum libri sex: necessitatum
libri tres. Ad laidem. ad porum. ad socratem. De fortuna.
F inem uero declarauit lenem motum ad sensum emanan-
tem. Age uero quoniam ipsius uitam descripsimus. nunc
eos qui ab illo fluxere cyrenaicos suo ordine prosequa-
mur. Ex his alii quidem egesiacos anniceríos alii Alii
theodorios se illos appellauere. Sed & illos nihilominus
qui a phedone manarunt. ex quibus eretricos nobilissimos
dixere. Sic autem illorum seriem recenseamus: Aristip-
pum audiuit arete filia: & ethyops ptolomeus & cyre-
neus antipater. Arete uero auditor fuit aristippus me-
trodidactus cognominatus. Huius uero theodorus primo
atheos appellatus. Antipatrum epitimedes cyrenaycus
audiuit. Eius parabates auditor fuit. parabatis hege-
sias: qui pisithanatos est dictus. & anniceris a quo pla-
to redemptus est. At enim qui aristippi instituta ser-
uauere & ab illo cyrenaci sunt appellati: hisce opinionibus
utuntur. Duas perturbationes ponunt dolorem & uolup-
tatem. Voluptatem lenem motum dolorem asperum
motum appellantes. nihil differre a uoluptate uolup-
tatem neque plus altera mulcere alteram. Atque illam qui-
dem cunctas animantes asciscere. hunc autem aspernari.
V oluptatem autem corporis intelligunt: quam & finem
esse dicunt: ut & panetius in libro de sectis tradit. non
eam que in statu sit & in doloris priuatione consistit.
& ueluti a turbatione omni quietem agit. quam susce-
pit epicurus: finemque constituit. Videtur autem eis
finis a beata uita differre. Finem quippe esse particularem

uoluptatem : beatam autem uitam siue fęlicitatem uolu
ptatum particularum constare conuentu · quib; &
praeteritę connumerantur & futurę · particularem
quoq; uoluptatem pp se eligendam · Testimonio nob
esse finem habendam uoluptatem : qd apueris hāc
nob natura conciliauerit · etiam absq; iudicio rōnis ·
& cum illa fruimur, nil amplius inquirimus qdque
nihil æq; ac dolorem naturalr fugimus · Voluptatē
praeterea bonum ēē : & si aturpissimis proueniat reb; :
ut ait hippobotus in libro de sectis · Et si enim foeda
sit actio : uoluptatem tamen p se ipam eligendum esse,
bonumq; existimandam · Porro illa doloris amotio
quam tuetur epicurus eis nō uidetur uoluptas ēē : neq;
priuatio · Quippe doloris illa uocatio ueluti dormiētis
status ē · posse quosdam aiunt uoluptatem minime ap
petere p animi peruersionem · Non tamen om̄es ani
mi uoluptates ac dolores in corporeis uoluptatib; &
dolorib; fieri · Quippe qualibet simplici ex patriæ pro
speritate siue priuata fęlicitate gaudium gigni · Immo
ne ex memoria quidem seu ex pectatione bonorum
uoluptatem pfici dicunt : quod placet epicuros · Nam
tempore motum animi effluere · ne solo quidem ui
su uel auditu uoluptates constare posse · quando & eos
qui lamenta imitantur gratę & libenter audimus : ue
ras autem lamentationes ingrate atq; iniocunde · Porro
priuationem huiusmodi aūt uoluptatis aut doloris
medios status appellabant · Longe tamen ēē praestantio
res corporum q̄ animorum uoluptates · deterioresq;
corporis q̄ animi angores · quo circa & his peccantes
magis cruciari · Durius quippe dolere : laetari uero fa
miliarius & gratius arbitrabantur · Quocirca & maior
illis erat corporis cura q̄ animi · Vnde cum inde quoq;
constet eligendam uoluptatem · pleraq; tamen quę st
efficienti a quarundam uoluptatum cum sint molesta
sæpe aduersari : ut difficillima eis uideatur uoluptatum
congeries quae beatam uitam efficere nō possit · Placet aūt
eis neque sapientē saemp i uoluptate uiuere neque
rursus insipientē saemp in dolore : uerum maiori ex pte
sic utrumq; affici : Satis autem ēē si qs uīt p unam īcidere

uoluptatem suauiter afficiatur. Prudentiam bonum quidem
ēē asserunt. nō autem ppter seipsam appetendam: sed eorum
gratia que nobis ex illa perueniunt. amicū necessitatis cau
sa amplectendum. Nam & corporis partes quam diu adsunt
adamari. Virtutes quasdam stultis & communes ēē. Cor
poris exercitationem conferre ad uirtutem capessendam.
Sapientem inuidia nunquam temptandum: neque cupidini
neque superstitioni unquam censuerunt. Ista enim ex inani opi
nione contingere: moetu tamen ac dolore pulsandum:
id quippe naturaliter fieri. Diuitias praeterea uoluptates
efficere: neque per se appetendas. perturbationes item cōpre
hendi posse dicebant. nō autem et ex quibus fiunt. Natu
ralium rerum inquisitionē omittebant, quod comprehen
di non posse manifeste colligerent. Logicen ppter summū
eius usum attingebant. Eruntuō melcagri sententia ē
in secundo de opinionibus: & clitomachi in primo de sectis:
eos, pinsicam: eos & physicam & dialecticam aeque asper
nari. Posse enim & apte dicere & extra superstitionem es
se mortisque metum effugere qui rationem bonorum
malorumque didicerit. Nihilque natura iustum ēē aut ho
nestum aut turpe sed consuetudine ac lege. Vir tamen
bonus nihil aget nequiter. ob imminentia damna o
pinionesque infaustas curandas. Esse autem sapientem
propositum eis ad profectum quod uel in phya uel in ceteris
bonis & honestis artibus nō satis promouerunt. Aiunt
& dolore affici alium alio magis. sensusque nō semper
uera renuntiare. Verum enim hi qui dicuntur hegesiaci
eandem quidem de uoluptate ac dolore seruauere sen
tentiam. Praeterea neque gratiam ēē aliquid neque ami
citiam neque beneficentiam. quod ista nō per seipsa appetamus.
sed usus ac necessitatis gratia ac ppter eos qui si absint illa
ne subsistere quidem. Esse autem impossibile accumula
te contingere beatam uitam. Corpus quippe morbis
multis passionibusque obsideri. animam uero corpori cō
pati & una turbari: complura item que speremus a for
tuna impediri. Propter ista igitur atque huiusmodi beata
uitam nō posse subsistere. Vitam praeterea ac mortem eli
gendam. Natura item suaue aut insuaue nihil opinabantur:
ceterum cuius rei uel raritate uel nouitate uel satietate

letari alios alios angi. Diuitias uel paupertatem nihil ad uoluptatis ualere rationem. Neque enim aliter ea diuites quam pauperes affici. Seruitutem atque libertatem nobilitatem et ignobilitatem: gloriam ut ignominiam nihil differre ad uoluptatis modum. Atque insipienti quidem expedire si uiuat: id uero sapienti indifferens esse. Sapientem sui ipsius gratia cuncta facturum. Alium quippe neminem aeque se dignum arbitrari. quamlibet enim ingentia uideatur ab eo consecutus: non tamen eorum quae ipse prestiterit merita equare. Tollebant et sensus ut qui certam non inferret notionem. Qui irrationabiliter agere cuncta uiderentur: eorum peccata ueniam dicebant promereri. Neque enim sponte peccare: sed aliqua perturbatione coactos. Non odio quemquam habiturum: sed potius eruditurum. Sapientem non adeo in bonorum electione inhesurum ut in malorum fuga finem constituendo: neque in labore neque in dolore uiuatur. Id quippe illis esse partim quod circa efficientia uoluptatum neutram in partem inclinatiores sunt. Porro annicerii in ceteris ab istis non dissentiunt. Relinquunt autem amicitiam in uita et gratiam. honoremque aduersus parentes et pro patria praeclarum aliquid facimus. Quocirca quamuis molestias sapiens ac negocia subeat nihilominus beate uicturum etiam si minimum uoluptatis illi suppetierit. Amicique felicitatem non per se appetendam: neque enim proximi patere sensui. Neque satis esse in ratione momenti: ut confidere possimus. et multorum opinione celsiores euadere. Oportere denuo bene consuescere: propter insolitam et insitam nobis affectionem uitiosam. Amicum non propter usus ac necessitatem solummodo suscipiendum quod profecto si desint: non erit ille aduersandus uerum etiam propter insitam beniuolentiam cuius gratia dolores quoque esse subeundos quamuis enim finem in uoluptate constituant: ageanturque si illa priuari contingat. sponte tamen sustinendos dolores uolunt pro summo in amicum studio affectuque singulari

DE HIS QUI THEODORII UOCATI SUNT.

QVI AUTEM theodorii uocati sunt a theodoro quem praediximus traxere cognomen eiusque decretis usi sunt. Porro theodorus ipse omnes

de diis opiniones sustulit. Denique librum ipsius de diis
inscriptum offendimus non contemnendum: ex quo &
epicurum complura sumpsisse asserunt. Audiuit autem
anniceridem dionisiumque dialecticum ut ait antisthe-
nes in phorum successionibus. Finem opinatus est gaudium
ac merorem. Alterum constare prudentia alterum uero in
prudentia. Bona esse prudentiam atque iustitiam mala uero
contrarios habitus. Media uoluptatem & dolorem. Sustu-
lit & amicitiam quod ea neque insipientibus adsit: neque sa-
pientibus in illis enim sublato usu amicitiamque euanescere:
sapientes uero cum sibi ipsis sufficiant amicis non indi-
gere. Probabile dicebat prudentem uirum non se ipsum pro
patria periculis exponere. Neque enim pro insipientium co-
modis ammittendam esse prudentiam. Esseque patriam mun-
dum. Furto quoque & adulterio & sacrilego cum tempe-
stiuum erit daturum manus sapientem. Nihil quippe
bonum per naturam turpe esse si auferatur que hisce uulga-
tis opinio que ex stultorum imperatorumque plebecula co-
flata est. Sapientem publice absque ullo deprehensionis
rubore scortis congressurum. Agebatque istiusmodi ar-
gutiis: Nonne mulier litteris instructa utilis erit: quia lit-
terata est: Assentiebatur & puer itidem: & adulescens
utilis erit quia litteratura callet. Ita sane & mulier igitur
utilis est: quia pulchra erit. & puer & adolescens utilis per-
fecto erit quia formosus est. Concedebat & puer igitur
& adulescens pulcher ad hec erit profecto utilis ad quod
formosus natus est. Assentiebatur. Est autem utilis: ut ei
congrediamur. Quibus concessis inferebat. Siquis itaque
utatur eiusmodi congressione quando id utile est non pecca-
bit. Neque igitur si utatur pulchritudine: dum id utile
est peccat. His atque huiusmodi interrogatiunculis auditores
capiebat. Videtur autem idcirco appellatus deus: quod cum
illum stilpo ita percontatus esset: putasne theodore te id
esse quod diceris: atque ille fateretur. deus ergo inquit es. Id
cum ille grate accepisset subridens ait. Atquin o fatue
ea ratione & cornicem te esse fateteris. & alia eiusmodi in-
numera. Cum assideret aliquando theodorus euricli-
di hierophante: dic mihi ait euriclides quinam sunt
qui circa mysteria impii sunt. Cum respondisset ille eos

eiusce criminis reos teneri qui ea nec dum initiatis aperiret. Et tu ergo inquit impius es: qui ista non dum initiatis pandis. Parum autem abfuit quin periclitaretur ille abduci illum marium pagum: nisi eum demetrius phalereus eruisset. Amphicrates uero in libro de uiris illustribus: ait illum damnatum: uenenumque bibisse. Cum uero apud ptolomeum lagi filium moraretur: legatus aliquando ad lysimachum ab illo missus est. Magna uero fiducia utentis ait lysimachus. Dic mihi theodore nonne tu athenis excidisti? Et ille ita inquit. Nam me atheniensium ciuitas ferre non ualens non secus ac semele dyonisium expulit. Rursus dicente lysimacho: caue ne ulterius ad nos proficiscare non inquit reuertar nisi me mittat ptolomeus. Aderat mythus lysimachi dispensator cum diceret: uideris non solum deos uerum et reges ignorare: quo pacto illos inquit ignoro quando quidem te diis inimicum puto? Fertur cum aliquando corinthum uenisset magna discipulorum turba comitatus et metrocles cynicus scandicas siluestre olus abluens: ei ergo euripidem quoque scandicopolam aristophanes uocat diceret. At o sophista nequaquam tam multis discipulis egeres scolera dilueres dixisse. Et tu si cum hominibus conuersari didicisses: profecto istis oleribus non uterere. Simile quiddam ut suo loco diximus de dyogene et aristippo memoratur. huiusmodi theodori fuisse uitam doctrinamque comperimus. Demum uero cyrenem profectus apud marium cum grandi honore diutius uixit. Vbi cum primum eiceretur non inlepidum quiddam dixisse fertur. Male inquit facitis uiri cyrenaici: qui me ex libia in graeciam exulem agitis. Fuerunt autem theodori uiginti. Primus samii roeci filius. qui consuluit carbones fundamentis ephesini templi subici. Nam cum humidus esset locus: carbones ait omissa ligni natura soliditatem accepisse humori inuiolabilem. Secundus cyrenaicus geometra: cuius et plato auditor fuit. Tertius hic ipse philosophus. Quartus cuius fertur libellus de uocis exercitatione. Quintus qui de legis latoribus scripsit: a terpandro initium sumens.

Sextus stoicus. Septimus: q romanas res cōscripsit. Octauus syracusanus: qui de militari re scripsit. Nonus bizantius in causis ciuilib; clarus. Decimus similiter cui & Aristoteles in oratorum epitomis mentionē facit.
Undecimus thebanus scriptor. Duodecimus pictor de q menedotus scripsit cuius & polemo meminit. Tertius decimus atheniensis pictor de quo menedotus scripsit.
Quartus decimus ephesius pictor cuius theophanes in li de pictura meminit. Quintus decimus epigramatu; poeta. Sextus decimus q d poetis scripsit. Septimus decimus medicus athẽnei discipul'. Octauus decimus chius phs stoycus. Nonus decimus milesius & ipse phs stoycus.
Uigesimus tragœdiaru scriptor;

PHEDON

p

PHEDON eliensis nobili ex familia cū patria una compraehensus coactus ē intra caellulam infami se quaestui addicere. Adiecto tñ hostiolo: socratis contubernio magisterioq; fruebatur quoad ipm alcybiades seu Crito socrate monente redimere. Ex eo iam liberaliter phabatur. Hunc hieronim' in libro de assensu retinendo: seruum fuisse asseuerat.
Scripsit aūt dialogos: d quib' nihil dubitat Zopiru & simonem de nitia controuersia ē. Moedium quem eschinis ēe pleriq; tradunt. Alii uero polyaeni Antimachum siue saenes & d hoc ambigitur. Scyticos sermones quos etiā quidam aeschinis ēe asseuerant. Successor aūt eius fuit plistanus heliensis & ab eo tertius mnedemus eretricus. asclepiadesq; phliasius a stilpone deriuantes. Atq; ad hos usq; aeliaci sunt appellati. A mnedemo autem eretrici de quo postea dicemus idcirco quod & ipse secte pnceps atq; auctor fuit.

EUCLIDES

e

EUCLIDES a megaris oppido qd isthmo adiacet: siue iuxta quosdam gelonus ut in successionib; tradit alexander parmenidis libro; inprimis studiosus fuit. ab eo megarici denominati sunt: qui postea eristici: postremo dialectici. Quos ita primus dyonisius carthaginensis idcirco appellauit: qd interrogando ac respondendo sermones librosq; cōpo

nerat. Ad hoc ait hermodorus post socratis mortem uenis-
se platonem ac philosophos reliquos metu atrocitatis
tyrannorum compulsos. Hic bonum esse unum diffiniuit
multis nominibus caelebre. Aliquando enim hoc dici pruden
tiam. quandoque deum alias mentem appellari & huius
modi caetera. Quae bono aduersa uiderentur sustulit ea
ne esse quidem dicens. Utebaturque probationibus: non his quae
assumptiones: sed per conclusiones fiunt. Disputationem
item quae fit per similitudinem sustulit. dicens illam aut ex
similibus: aut ex dissimilibus constare ac siquidem ex simili
bus circa ipsa potius quam quibus sunt similia uersari oratio-
nem debere. Sin autem ex dissimilibus supuacaneam esse com-
perationem. Idcirco igitur & timon illum una cum caeteris
socraticis mordet: nullius sibi horum curam esse dicens non
phedonis non alterius cuiuspiam: neque euclidis qui me-
garensibus contentionis rabiem inuexit. Dialogos autem
conscripsit sex. Lampriam aeschinem phoenicem critonem
alcibiadem amatorium. Porro ex euclidis successione est
& eubulides milesius: qui & plurimos in dialectica modos
rationesque interrogandi tradidit: mentientem scilicet & deli-
tescentem: & electram & inuolutum: & soritem: & cor-
neam: & caluum. Et istum non defuit ex comicis qui car-
peret. Uidetur demosthenes hunc audiuisse & cum .r. lit-
teram pronuntiare uix posset: emendasse iugi exercitio.
N eque item obscurum est eubulidem aduersus aristotelem in-
nimico animo fuisse eumque in pluribus reprehendisse. Inter
caeteros uero qui ex eubulidis ludo manauerant: Alexi-
nus heliensis fuit. uir acer & contentionis uiribus ac ner
uis clarus: unde & elenxinus cognominatus est. Maxime
autem Zenoni infestus erat. Hunc ait hermippus
ex elide in olympiam profectum ibique philosophantem.
Discipulis autem rogantibus: quur ille moraretur dixisse:
uelle sectam instituere: quam olympicam uocatum iri.
Illos uero cum rerum omnium penuria & praeterea insalu
bri loco affligerentur ab eo recessisse: Iamque alexinum
solum ac desertum uno tantum famulo comite ibi remo-
ratum. postea dum nataret in alphaeo flumine arundis
acumine punctum uita excessisse. Scripsit non solum ad-
uersus Zenonem: uerum & alios compluris libros & ad hephor-

historicum. Ex eubulidis disciplina & euphantus fuit
olympius qui temporis sui conscripsit hystoriam. Scripsit
& tragoedias plurimas quib; in caertaminib; maxie pro
batus fuit. Fuit & praeceptor antigoni regis ad quē & iā
librum de raegno scripsit putilem atq; laudatissimum.
Vitam uero senectute finiuit. Fuerunt & alii complures
auditores eubulidis inter quos & appollonius cronus &
diodorus amenii filius iaseus & ipē cognominatus cron9.
De quo & callimach9 in epygrammatib; in hunc sensum
loquitur. Ipē hic parietes ita inscribebat: cronus ē sapiēs.
Erat & iste dialecticus primusq; inuenisse a quibusdā
existimatus ē inuolutum & corneum differendi genus.
Hic apud ptolomeum soterem commoratus: cum a stilpo
ne sermones quosdam dialecticos interrogatus: extemplo
nequiuisset exsoluere: a rege incraepitus: Cronusq; in
iurgio uocatus: conuiuium deseruit. egressusq; librum
de ea propositione conscripsit: uitamq; merore finiuit.
Fluxit ab eulide ichtias metalli filius uir illustris: ad quē
& diogenes cynicus dyalogum scripsit. Clinomach9 item
thurius q primus d̄ pl̄oquiis & praedicamentis & caeteris
huiusmodi scripsit. et Stilpo megarensis clarissimi phs:
de quo nunc dicendum:

STILPON

STILPON megarensis eius oppidi qd in graecia
ē audiuit quosdam ex euclidis familia: alii
ipius euclidis auditorem tradunt. Thrasima
chi & corinthii illius qui ichtiae familiaris
erat: ut ait heraclides: in tantum uō & inuentione &
aeloquentia & sapientia praecessit alios ut parum abfu
erit: quin omnis graecia in illum intenta in megara trā
sisse diceretur. De eo philippus megaricus ita ferme retu
lit. A theophrasto quidem metrodorum illum speculatio
nis studiosum: & timagoram geloum auulsit. Ab ari
stotele autem cyrenaico ditarchum & simmiam porro
a dialecticis paeonium ab aristide: diphilum autem
bosphorianum euphanti & myrmicē exaeneci filiū:
q ad arguendum uērant utrosq; sui studiosos huit.
Praeter hos itaq; phrasidemū pipateticum phisicumq;
peritissimū ad se ad traxit. Alcimūq; oratorē oīu; q

tum florebant in arte oratoria eminentissimū. Cratem
insup & compluris alios in sua retia induxit phoenicē
quoque zenonem in suum auditorium subductum
aliis cum caeteris admisit. Erat praeterea maxime ciui
lis: ac praeter uxorem quam duxerat: incaretae & iā
pelice utebatur ut honetor ait. filiamq: parum pu
dicam genuit quam duxit simmias siracusius necessa
rius suus. Hec dum lasciuius uiuer& stilponiq: a quo
dam renuntiatum ess& eam sibi probro ēē. Non inqt
ista maiori mihi probro ē q̄ ego illi ornamento. Susce
pit hunc onorifice ut aiunt & ptolomeus soter cum
moegara ipius urbem uictor optinuiss& ac tradita
sibi pecunia orabat ut in egyptum secum nauigar&.
T um illę pecunię modicum suscepit eamq: profectionē
renuens in aeginam contendit quoad ille remear&.
D emetrius quoq: antigoni filius: cum coepiss& megara
domum illi reseruari cunctamq: direptam substantiā
restitui curauit. Vbi cum ea quae amiserat ut in scrip
tis sibi trader& moner&: nihil ille suum se pdidis
se respondit quippe sibi doctrinā & eruditionem sibi
ademisse neminem reliquamq: sibi ēē & eloquaen
tiam & disciplinam. Atq: illum beneficentiae admo
nuit: tanta orationis ui: ut rex illius iam studiosus
auditor fier&. Aiunt illum ita quendam d̄ phidie mi
nerua compellasse. Num inquit minerua iouis filia
deus ē? Cum uero annuiss& ille dixisse. At ista nō
iouis sed phidie ē concędebat. Non ergo inquit ipa
dea ē. Qua ex re cum in arium pagū ptractus fuiss&
nihil inficiatum retulerunt immo recte se loquutū asseru
isse. Non enim deum ēē: sed deam. deos quippe mares
ēē. Areopagitas tamen nihilo placatiores factos: iussis
se continuo ipm urbe excędere. Quo ēt tempore theo
dorum cognomento deum iurgio dixisse. Vnde hoc
nouerat stilpo? Num ipius inspexerat ortum. Erat
iste profecto audacissimus uerum stilponū compositis
simus & maxime facetus. Denīq: cum rogass& illum
crates an dii praecationib9 ac diuinis honorib; gaudeāt:
Noli me inqr o fatue de hisce rogare sed solum ac seor
sum. hoc ipsum & bionem interrogatū an sint dii di

xisse tradunt. Ne turbam ame auertas execrabit senex
F uit stilponi ingaeniũ simplex: neq: ulla simulatione
fucatum. ita ut imperite quoq: contioni se accomodare
nullo negotio poss&. Crate deniq: cynico semel ad id
quod fuerat interrogatus: nõ respondente: sed crepitũ
uentris emittente: sciebam inquit te potius quamq: de
cer& locuturum. Caricam illi aliquando: interrogati
unculam q: proposuerat. Eam uõ ille statim comedit. Et
cum dicer& ille hercules caricam pdidi nõ solum inqt
caricam: sed & rogatiunculam: cuius hec arra fuit. Rur
sus cum uidiss& hyeme cratem adustum: o Crates in
quit uideris mihi nouo indigere pallio: ueste. s. & nõ
ad hanc eius uocem rubore suffusum: ita in illum lu
sisse cratem. Atq ego stilponem megaris uidi grauiter
angi. Ubi typhaei ueteres dixere cubile. hic ille se ui
uentum magna glomerante corona. Litibus intentus ui
rtutis tradidit umbram. Fertur athenis hominum ita
in se studia uertisse: ut ex officinis ad eum cõfluerẽt
uisendum. Ubi cum sibi quidam dicer&: admirantur
te o stilpo ueluti belluam: minime inquit ille: sed ue
luti hominem uerum. Caeterum cum eẽt disputator
acerrimus species quoq: tollebat: dicebatq: q hominẽ
dicer& neminem eẽ. Neq: enim hunc aut hunc dice
re. Quid enim huc magis q̃ hunc. Non igitur hunc.
R ursusq: olus qđ ostenditur nõ est. Olus enim ante
mille annos fuit. nõ est igitur hoc olus. Fertur cum
crati colloqueretur: inter loquendum foestinasse pisces
emere. Cum eum ille retinere uell& ac dicer& sermo
nẽ relinquis? Minime inquit sed sermonẽ habeo &
te derelinquo. Sermo quippe man&: piscis autem uenũ
dabitur: nisi foestina uero. Feruntur ipsius dialogi
nouem nõ satis gratiae habentes moschus aristippus:
siue calliam ptolomeus. chereccrates: metrodes anaxime
nes epigenes. ad filiam suam aristoteles huius audi
torem fuisse zenonem stoycorum principem: heraclides
refert. Senem uero defecisse hermippus testis ẽ hausto
prius mero ut citius moreretur. Repraehensus ẽ a sophi
lo comico in comedia quae inscribitur gamos

. CRITO .

·CRITO·

c CRITO atheniensis: unus omniū maximo eximio quodam amore socratis affectus est atq; eius ita curam egit: ut nunq̄ aliquid ex his quae sunt ad usum necessaria sibi decēē pateretur. Ipsius quoq; liberi socratis auditores fuere critobulus. hermogenes: ctesipp᷒: epigenes. Crito igitur dialogos decem & septem scripsit q̄ uno continent̄ codice ita inscriptos. Non bonos fieri discendo. Quid sit plus hr̄e. Quid sit idoneum siue ciuit. De honesto. De deo. Quid sit male facere. De fertilitate de lege. De artib;. De congressu. De sapientia
P rotagoras siue ciuit. De litteris. De poetica. De discēdo. De sciendo siue de scientia. Quid sit scire;

SIMON.

SIMON atheniensis coriarius. Quotiens ad eius officinam perrexiss& socrates atq; dissere& omniaq: meminisse poterat notabat Vnde ipsius dialogos scyticos appellant qd inter huiusmoi opifices sint habiti. Sunt aūt numero triginta tres q̄ uno itidem codice comp̄hendunt̄.
D e diis. De bono. De honesto. Quid sit pulchrum & honestum De iusto duo. De uirtute: quod doceri non poss&. De fortitudine siue utilitate tres. De lege: De popularitate. De honore. De poesi. De bona passione
D e amore: De p̄hia. De sc̄ia. De musica. De poesi. Quid sit pulchrum. De disciplina. De differendo. De iudicio. De eo qd est. De numero De diligentia. De oprando
D e auaro. De iactantia. De honesto. Alii autem De consulendo. De oratione siue de aptitudine. De maleficentia. Fertur hic primus omnium socraticos sermoēs disseruisse. Cum autem pericles polliceretur si ad se p gere& cuncta illa necessaria exhibiturum fiduciam inq̄t uendere consilii n̄ro fuerit. Fuit & alius simon q̄ scripsit artem rhetoricam. Alius item medicus: seleuci acanoris necessarius: atq: alius quidam sculptor;

GLAVCVS.

g GLAVCVS atheniensis: nouem itidem scripsit dialogos: phoedilum: euripidem: amynticum euthiam. lysichidem: aristophanem cephalū:

anaxiphemum: menexenum: feruntur ei & alij triginta duo: sed sui non sunt;

SIMIAS

SIMMIAS thebanus fuit. Et huius feruntur dialogi uiginti tres uno codice inclusi. De sapientia. De ratiocinatione. De musica. De uersibus. De fortitudine. De philosophia. De ueritate. De litteris. De doctrina. De arte. De regimine. De decoro. Quid eligendum quid ue fugiendum sit. De amico. De scientia. De anima. De bene uiuendo. De possibili. De pecuniis. De uita. Quid sit honestum. De diligentia. De amore;

CEBES

CEBES & ipse thebanus scripsit dialogos tris qui inscribuntur: pinax: septima: phrynicus;

MENEDEMUS

MENEDEMUS phaedonis ex ludo: clistenisque ex familia theopropidarum filius fuit: uiri sane nobilis sed architecti ac pauperis: alii tabernaculorum sutorem fuisse tradunt. & utraque didicisse menedemum. Quocirca cum scripsisset decraetum quoddam reprehensum ab alexino: quod scilicet non conueniret sapienti: neque tabernaculum: neque decraetum scribere. Missus autem ab eretriensibus in megara presidio futurus: contendit ad platonem in achademiam: ingque illius retia non inuitus incidit: deseruitque militiam. Caeterum asclepiade phliasio ad se illum pertrahente megaris apud stilponem fuit: eiusque ambo auditores fuere. Inde nauigantes helidem: anchipylo & moscho phedonis discipulis congraessi sunt. Atque hactenus ut supra cum de phedone loqueremur dictum est heliaci appellabantur. Postmodum uero ab eius patria de quo nunc sermo est eretrici uocati sunt. Constat menedemum honestate & grauitate fuisse caelebrem. Quam ob rem cratem quoque sic illum iocatum phliasiumque asclepiadem: taurumque eretricum. Timon item elato supercilio: cum dicti tui assurgeret fuisse illum notat. Adeo autem ea grauitate insignis fuit: ut cum eurylochus cassandreus ab antigono accerseretur: una cum clipide cyziceno adulescente abnuerit. Metuere enim ne id menedemus persentiat. Erat enim summe & in obiurgando grauitatis atque praecipue auctoritatis. Denique cum adulescens in illum motu temerario ferretur

dixit quidem nihil. Caeterum sumpta festuca pingebat in pa-
uimento traiecti figuram dum interim spectantibus omnibus
adulescens insigni contumelia notari se intelligens abscessit
hierocles impiraei sub amphiarao illum obtundebat. & cum
plurima de eretriae loqueretur excidio nihil aliud locutus est
sed solummodo rogauit: ad quid eum Antigonus traicit. Audacter
exultanti adultero: ignoras inquit non modo brassicae sucum
i esse iocundum: sed & raphano. Clamanti adulescen-
tulo & uociferanti: Vide inquit ne aliquid retro dum nescis ha-
beas. Consultanti antigono an luxuriosum adiret conui-
uium hoc illi solum renuntiari iussit. Memento regis te
esse filium. Fatuo quiddam sibi minime necessarium di-
cente interrogauit an uillam haberet & cum ille multa se habere
praedia dixisset: perge inquit & illorum curam gere ne et il-
la negligenter curando perdere contingat & amittere
simplicem urbanitatem. Sciscitanti cuidam an uxor esset
ducenda sapienti: num ego inquit tibi sapiens uideor?
Et cum annuisset ille. At ego ait duxi. Dicente quodam
complura esse bona: percontari illorum numerum pergit: & an
putaret plura esse quam centum. Saepius dolebat quod luxu-
riosa conuiuia magnificumque apparatum nequiret aufer-
re: uocatus uero semel ad cenam: intuensque lautissimis
cibis diuitem mensam nihil locutus est. sed tacitus eam luxu-
riam coarguit: dum solas oleas in cibum sumpsit. Huius
denique seueritatis causa parum abfuit quin cypri apud
nicoreontem periclitaretur: cum asclepiade socio. Nam cum
eos rex ad menstruam caelebritatem euocasset sicut & philosophos
caeteros menedemum dixisse ferunt. Siquidem honesta
est huiusmodi uirorum congregatio. quotidie sunt foesta
caelebranda: sin alias superflue modo quoque caelebrantur.
Ad hec tyrannus cum ita occurrisset. hac diem caelebrem
se habere: ut negotiis omissis philosophis congredi liceret. Ille se-
uerus adhuc in sententia persistit ostendens ex sacrifi-
cio oportere omne tempus philosophos audire. Quid plura?
Nisi a tibicine admoniti ac melo musico conuenti fuis-
sent: forsitan perissent. Vnde cum in naui iactarentur fluc-
tibus: asclepiadem dixisse ferunt. Tibicinis peritam mo-
dulationem se seruasse. menedemi uero confidentiam per-
didisse erat autem ut fertur: & simplici indocendo appara-

tu neq: in scola ullum circa illum ut fieri solet ordinem
uidisses. Non subsellia erant per girum disposita: non aliud
quippiam: sed ut singulis aut sedere aut stare: aut ambu
lare libitum erat: ita eum continuo transibat habitum
Alias tamen glorie auidum ignominieq: notam metuentem
fuisse tradunt. Adeo ut cum primo architecto suam
ipse atq: asclepiades nauarent operam. & ille super tecta lu
tum ferre cerneretur nudus: is siquem aspiceret praetereun
tem: occultaretur. Postea uero quam ad rem. p. accessit: ita erat
anxius atq: solicitus: ut cum aliquando thura poneret: extra
turibulum miserit. Circumsteterat illum crates aliquando:
quodq: ciuilia negocia subisset probro illi dabat. Tum il
le quibusdam praecepit: ut ductum carceri includeret
Ille nihilominus praetereuntem obseruabat: respiciensq:
agamenonium: & hegesipolim uocabat. Erat autem
clam & in superstitionem pronior. Denique manducaue
rat aliquando per ignorantiam proiectas carnes cum
asclepiade. Id cum animaduertisset: nausea palloribusq:
turbabatur: donec illum asclepiades seuerius obiur
gans: non carnes diceret eius se turbationis causam esse: sed
praesumptam de illis fatuam opinionem. Alias magna
nimus fuit uir & plane liberalis. Corporis in eo iam senis
is habitus & status durabat: qui erat in iuuene athletae
instar firmus: ualidus atq: adustus. Specie pinguis &
attrita fuit: mediocrisq: proceritas: ut ex ea constat ima
gine: quae eretrie in ueteri stadio hactenus cernitur.
Est enim ueluti ex industria ita sculpta: ut cunctam ferre
nuditatem corporis praeferat. Erat praeterea susceptien
dis amicis omni officio deditus & quia parum salu
bris erat eretria conuiuia saepe inter poetas musicosq:
caelebrabat. Amabat aratum. & licophronem tragi
cum poetam antagoramq: rhodium. sed maxime omnium
studebat homero. Deinde etiam lyricis deinceps sophocli
atq: acheo: inter satiros ueluti secundas partes aeschilo autem
semper primas dabat. Unde & aduersus eos qui contra in
re. p. sentirent ita ferebatur: capitur ergo & ab infir
mis caeler aquilamq: breui testudo uincit. Hec autem
achei sunt ex omphale satyrica. Peccant igitur qui illum
nihil praeter euripidis medeam legisse dicunt quam

inter sycionii neophronis poemata legunt. Magistros platonem & xenocratem: praeterea q: paraebaten cyrenaicum aspernabatur. Stilponem solum admirabat\~: de quo cum aliquando interogaretur nihil aliud dixit nisi liberalis ē. Erat illi ingenium uarium & callidum atq: in componendo ita orationem accomodabat ut neq: quo uellet emergere pspiceretur: atq: adeo illi difficile occurreretur. Versabat omnia infinitamq: orationis copiam fundebat. Acerrimus item ī contentionib3 erat ut in successionib: tradit anthisthenes. atq: huiusmodi rogatiunculis compellare solebat. Alterum quā alterum est alterum\~. Ita sane. Alterum ē autem p desse quam bonum\~. Concedebatur. Non igitur prodesse bonum ē. Tollebat & proloquia negantia. affirmantia uero ponebat simpliciaq: ex his maxime probans. quę simplicia nō sunt auferebat. ea & coniuncta & complexa dicens. Scribit heraclides decretis q de: eum fuisse platonicum. dialeticem autem eum fuisse aspernatum. Deniq: sciscitante se alexino an ad huc patrem caedere desisset. At illum dixisse: neq: cecidi neq: desii. Addente illo oportere ambiguitatem solui: ita ut nō dicendo: ridiculum inquit ē uestras leges seq cū liceat in portis reluctari & contra ascendere. Cum bion diurnos studiose ac diligenter insectaretur: mortuos illum iugulare dixit. Alio rursus dicente maximum ēē bonum omnib3: quae quisq: omnib; cupiat fieri multo inquit maius ē: ea solum quae deceat cupere. Refert antigonus caristhius eum nihil scripsisse neq: composuisse. ita ne dogma quodlibet asserere. Porro in questionib3 inquit ita pugnax erat ut nō prius discederet: q̄ in eius oculis ardentis spiritus indicia deprehenderentur. Verum enim cum in uerbis esset huiusmodi: factis tamen erat placidissimus. Deniq: cum alexino plurimum illuderet: & obiurgaret grauiter: fouit tamen illum beneficiis. Nam ipsius coniugem ex delphis calcidem usq: deduxit itineris furta latrociniaq: metuentem. Amicitias pie sancteq: tuebatur: ut ex ea quae illi cum asclepiade fuit coniunctione constat. quae profecto adeo insignis erat & nihil a pyladis distaret beniuo-

uolentia. Verum maior natu erat asclepiades. ita ut poe-
ta ipse: menedemus histrio diceretur. Fertur archepolis tria
milia illis designasse. & cum orta eēt amica contentio:
quis secundo loco acciperet neutrum accepisse. Uxores
quoque ambos duxisse fama ē: menedemū matrem.
asclepiadem filiam. & cum defuncta eēt uxor asclepia
dis menedemi coepisse coniugem illumq: qd rei.p.p̄
eēt aliam duxisse nobilem & locupletem. Nihilomi
nus quoniam communis eis erat domus: rei familia
ris administratione priori uxori permisisse. Igitur ascle-
piades ante illum excessit eretrie iam longeuus: cum
una diu memorabili beniuolentie suauitate uixissent.
Fertur post aliquantum temporis cum asclepiadis ama-
sius ad conuiuium uenisset: arcerentq: illum ianuis ado
lescentes: menedemum iussisse introduci. ac dixisse:
Asclepiades & sepultus ei ianuas aperit. Erant autem
qui ambos fouerant: hipponicus macedo & agetor la
miacus. Ex his alter utriq: triginta minas largitus est.
Hipponicus uero menedemo duomilia dragmatum ī filia
rum dotem. Duxerat autem ut ait heraclides ex oropia
uxores tris. Porro conuiuia in huc modum faciebat. Pri
ipse cum duob; aut trib; prandebat: dum dies in uespa
uergeret. Tum uero uocabat quispiam eos qui aduene-
rant: & ipsos iam cenatos. Itaq: si qui citius uenisset p
contabatur exeuntes: quid esset appositum ac recens
id esset necne. & siquidem uel oliusculum ut salsi
usculum quippiam audisset recedebant. sin uero car
nes: ingrediebantur. lectulis aestate psiathos: hieme
ueruecum pelles supponebat. Porro puluinar sibi
afferri oportebat. Poculum quod circumcingebatur
cutula maius nō erat. Bellaria illis fabe ac lupini
Interdum uero & pira mala punica & huiusmodi:
cum matura: tum praecocia: saepe & carice. Ea omnia
memorat Lycophron in satira quam scripsit mene-
demum phi conscribens laudes. Primo igitur cōtem
tui hri cepit canisq: ab eretriensib; ac delirus appellari.
Postmodum uero in summa admiratione omnium fuit
adeo ut ciuitatis quoq: gubernacula sibi traderent. le-
gationib; q: crebris ad ptolomeum & lysimachum pre-

terea addemetrium functus : ubiq; honoratus ē. Cumq;
illi ciuitas ducenta quotannis talenta psolueret qn-
quaginta remisit apud quem accusatus : qđ quasi tra-
deret ptolomeo ciuitatem. se p epistulam purgauit
cuius hoc initium ē. Menedemus demetrio regi sāl
A udio tibi de nob plura fuisse narrata. Peream illum
admoneret cauere unum ex his q sibi infensi. aeschilū
nomine. Constat illum addemetrium poropo. gra-
uissime legatione functum : ut euphantus quoq; in
historiis meminit. Erat eius inprimis studiosos an-
tigonus seq; ipius discipulum esse praedicabat. Et cū
barbaros fudisset circa lysimachiam decretū ei scrip-
sit simplex atq; ab assentatione alienum : cuius initiū
est. Duces & consilii primores dixert. Quoniam an-
tigonus rex praelio domitis barbaris aduenit in eliaz
eiq; prospere cuncta succedunt. uisum ē senatui ac ple-
bi : horum igitur gratia : & praeterea pp summam cū illo
amicitiam : qđ illi ciuitatem proderet : suspectus habi-
tus : insimulante se aristodemo : clam exiit atq; oropi
moratus ē. in amphiarai fano. Ibi cum perissent aurei
calices : ut hermippus ait : communi boetiorꝝ decreto lo-
co migrare iussus ē. Inde profectus moerens : & pria;
clanculo ingressus uxorem ac filias sumens. se adan-
tigonum contulit. ibiq; uitam merore terminauit. Re-
fert heraclides his omnino contraria. Nam illum sena-
tus principem : eretriam atirannis saepe liberasse. deme-
trii uiribꝰ fretum. Non igitur antigono prodidisse ci-
uitatem sed falsam subisse calumniam profectuq; q ad
antigonum : cum ut patriam eriperet illum inducere
nō posset. septem dies totos cibo abstinuisse : atq; ex ani-
mi dolore uita excessisse. Similia & antigonus carystiꝰ
refert. Soli autem pseo inexorabile indixit bellum. Ha-
ud enim obscurum erat. Antigonum cum menedemi
gratia eretriensibꝰ rem. p. uoluisset restituere : ab eo fuis-
se prohibitum. Quocirca & in conuiuio menedemꝰ
in illum acriter inuectus : inter caetera sic ait. Atqui iste
quidem phus est. sed uir omnium q sunt : aut fuerit
uel futuri sunt : profecto nequissimus. Moritur autē
ut heraclides septuagesimum & quartum agens aetatis annum;

LAERTII DIOGENIS VITE ATQ: SENTENTIAE EORUM QUI IN PHILOSOPHIA CLARUERUNT LIBER TERTIUS INCIPIT FELICITER

PLATO

PLATO ARISTONE PATER MATER perictiona siue potona atheniensis natus est. Mater a solone genus duxit. Solonis quippe frater dropides frater critiã genuit cuius filius caleschrus: critie q unus fuit ex triginta: glauconisq: pater extitit. Abeo carmides & perictione geniti sunt. atq: ex ea & aristone plato sextus a solone nascitur. Porro Solon adneleum & neptunum genus refert. Aristonẽ quoque patrem a codro melanthi filio originem ducere tradunt. qui aneptuno itidem sanguinẽ trahere trasylo teste memorantur. Enimuero speusipp' in libro q platonis de caena inscribitur & clearchus in laudatione platonis & anaxiades in secundo d phis libro. asserunt athenis caelebre ẽẽ: aristonem pictione cum ẽẽt speciosissima congraedi conatum ẽẽ. Verum fuisse illius conatus irritos. Vidisseq: insomnis apollinem. atq: abeo iussum mundam aiugali copula quoad pareret seruasse. Nascitur autem plato ut apollodorus testatur in chronicis octogesima octaua olympiade: thargilionis septima q̃ salicet die natum apollinem delii autumant. Moritur autem ut hermippus tradit primo anno centesime octaue olympiadis innuptiis discumbens octogesimum & p̃mum aetatis agens annum. Neanthes octuaginta quatuor annorum defecisse scribit. Est igitur isocrate minor natu annis sex. Ille quippe sublisimacho: plato sb amymno est sub quo & pericles diem obiit. Erat autem pago colliteus. ut refert antileo in secundo de temporib: natusq: ẽ secundum quosdam in aegina: in phidiadis domo eius q thaletis fuit. ut fauorinus ait in omnimoda hystoria patre ipius cum caeteris misso ut agrum sortiretur. athenasq: reuerso qñ alacedemoniis q aeginensibus opem tulerant expulsi sunt. Ludos quoq: magnificos athenis exhibuit: dione sumptus suppeditante. ut ait athenodorus in octauo de ambulationum libro. Fr̃es

habuit adimantum & glauconē: sororemq: potonam
de qua speusippus nascitur. Litterasq: apud dyonisiū
didicit: cuius & manterastis meminit. Exercitatusq:
ē apud aristonem argiuum palestritem. a quo & pla-
to pro egregio corporis habitu cognominatus ē. cum
prius aristocles ex aui nomine uocatus eēt: ut ĩ succes-
sionib; tradit Alexander. Sunt q ob orationis uber-
tatem & miram latitudinem sic appellatum putent si-
ue qd ampla fuerit fronte: ut neanthes scribit. Nec
desunt q in ischmio palestra se exercuisse uelint: sic
& dicearchus in primo de uitis. picture quoq: fuisse
studiosum. ac poemata scripsisse: primo quidem dithi-
rambos: deinde melos & tragoedias. Vox illi gracilis
fuit. ut ait thimotheus atheniensis in libro de uitis. Fer-
tur & socrates uidisse p somnum oloris pullum sibi in
gremio plumescere qui continuo exortis pennis: expan-
sis alis in altum abuolans suauissimos cantus ediderit.
P ostridie cum plato sibi apte commendatus eēt: Hunc eē
cygnum quem uiderat dixisse. Philosophari coeperat
primitus in achademia. Inde se in ortum q iuxta coloniū
ē contulit ut Alexander in successionib; scribit: heraclitū
adducens testem. Demum cum tragicum certamen esset &
initurus ante dionisiacum theatrum: audito socrate igni
poemata excussit. dicens. Hic uulcane plato tua indiget
ope. Hinc annum uigesimum aetatis agens socratem au-
diuit. Ille decedente cratylo heracliti discipulo & her-
mogeni parmenidis phiam tuenti aurem accomodauit
D ein cum eēt annorum duo de triginta: ut ait hermo-
dorus: megara se ad euclidem cum aliis socraticis con-
tulit. hic cyrenem profectus theodorum mathematicū
audiuit. Atq: in italiam ad pithagoreos philolaū
atq: eurytum concessit. Ab his se in egyptum ad prophe-
tas sacerdotesq: recepit quo & euripidem una secum
profectum eē. atq: ibi morbo comprehensum: a sacerdo-
tib; marina cura nonne fuisse absolutum. qua ex re post-
modum dixerit. Inundat mare cuncta uirorum mala.
S ed iuxta homerum aegyptios mortales omnis medicos eē.
Decreuerat plato magis & congredi: uerum pp asie bel-
la proposito destitit. Regressus uero athenas in acha-

demia commorabatur. Est autem locus ĩ suburbano nemo-
rosus a quodam heroe achademo nomine sic appellatus.
sic & eupolis mastrateutis moemorat dicens. Umbrosis
incursib; achademi dei. Sed & timeo in platone loquẽs
principem illum fuisse asserit. & suauitate orõnis & copia
omnium q achademię incolerent florea tura. Antea .H.
praescribebatur ecademia. Philosophus isocrate amico
utebatur. Enimuero praxiphanes quandam cõscripsit in-
ter eos habitam de poetis scholam cum in rure platonis ho-
spicio frueretur isocrates. Ter illum militasse aristoxenus
auctor ẽ. Primo in tanagram. secundo in corinthum.
T ertio in delum: ubi & uictoria potitus sit. Miscuit hera-
cliteorum: pythagoreorum q: ac socraticorum rationes. Atq:
in his quidem quae sensib' subiacent heracliti partes tue-
batur. Porro in his que ad intelligentiã ptinenet: pytha-
gore acquiescebat. in reb; autem ciuilib; socratem suũ
maxime amplectebatur. Atq: ita unum corpus tripli-
cem phiae compegit rationem. Aiunt qdem ex qb; sa-
tirus est dioni illum scripsisse in siciliam uti tres libros
pithagoreos sibi emerent a philolao centum minas. Erat
enim satis habundans pecuniis: acceptis a dyonisio pl'
q̃ octoginta talentis: sicut etiam honetor scribit in li°
cuius est titulus: an pecuniosum oporteat ẽẽ sapientẽ.
M ultum sibi & epicharmus contulit comicus: cuius &
plurima compilauit: ut alcimus in eis libris quos ad
amintam scripsit. quatuor numero meminit. Eorũ
in primo ita loquitur. Constat aũt & platonem cõ-
plura sibi de epicharmi libris adsummere. Id ita in-
spiciendum ẽ. Sensibile asserit plato qd aut in qualĩ-
tate: aut in quantitate nunq̃ persistat sed diffluat
semp atq: immutet̃. Veluti si numerorum ex quib; lib&
tuleris ea neq: ęqualia: neq: aliqua: neq: quanta: neq:
erunt. Porro ista sunt quorum semp generatio ẽ: nunq̃
uõ substantia. Intelligibile illud cui nihil ł accedit
ł decedit. Hoc autem sempiternorum natura ẽ quam
similem atq: eandem semp esse contingit. Atq epichar-
mus de sensibilib; & intelligibilib; in hac sententiã
expresse loquit. Addit praeterea alcim'. Aiunt & ista
sapientes animam alii quidem sentire p corpus.

puta uidendo atque audiendo. Alii ipsam per se ipsam
animaduertere nullo corporis officio utentem. Quo
circa eorum que sunt: alia sensibus percipi: alia intelli
gentie ratione comprehendi. Eorum gratia plato quoque
oportere dicebat eos qui cuperent rerum initia colligere:
ipsas primum species quas ideas uocat: secundum se
ipsas distribuere. puta similitudinem & monadem:
multitudinem & magnitudinem statum atque motum.
Secundo ipsum per se ipsum honestum ac bonum & iustum:
ac huiusmodi caetera subicere. Tertio conspicere queque
sunt adinuicem idee. puta scientiam aut magnitu
dinem siue dominationem simul & illud cogitare
ea que sunt apud nos ex illorum participatione eis equi
uoca fieri. Exempli causa iusta esse queque iusto com
municant: honestaque honesto. Est autem unaqueque
species aeterna. ac preterea intelligentia omni perturbatione
uacua. Quocirca & ideas in natura uelut exemplaria
dixit subsistere. Alia his esse similia: queque maxime
ad istarum similitudinem constent. Epicharmus
igitur de bono atque ideis ita disserit. Ergo ne tybiarum
cantus res aliqua est? Ita sane. homo igitur ipse can
tus est? Nihil minus. Age uideamus. Tibicen aliquis
homo tibi uidetur necne? Homo profecto. Nonne
igitur idem tibi uidetur de bono: aliud esse bonum
aliud rem. Siquidem secundum se ipsum quisquis
illud didicerit iam bonus efficiatur. Quemadmodum
qui tibiarum cantum didicerit tibicen: qui saltare sal
tator merito dicitur: atque in hunc modum de ceteris
qui ea didicerit: non ars ipsa sed artifex uocatur. Pla
to in opinione de ideis ait: siquidem est memoria: i
deas in his que sunt existere quod memoria quiete
cuiusque rei ac manentis sit. Manere autem preter
ideas nihil. Quo enim inquit modo seruarentur ani
mantes: nisi & ideam attigissent & preterea natura
lem mentem accepissent. Meminerunt autem simi
litudinis & pabuli cuiusmodi illis est optime callentes
quid sit animalibus omnibus insita similitudinis intel
ligentia. Quocirca & que sunt eiusdem generis sen
tiunt. Porro epicharmus ita ferme ait. Sapientia non

inuno tantum consistit. sed que uiuunt omnia. notionem quoque hn̄t. Et enim gallina si aduertere uolueris nō parit uiuentes pullos s; oua prius incubat. & calore animat. Hec autem sapientia ut sese hn̄t natura nouit sola. Ab ea quippe eruditur ac rursum. Nihil profecto mirum si ita loquar: & placere eas sibi. & mutuo fouere ac uideri praeclara. Nam & canis cani uidetur ēē pulcherrimum & boui bos & asinus asino: susq: item sui uidentur uenustate praestare. Ita & huiusmodi quatuor libris compingit alcimus. admonens q̄tum emolumenti plato. ex epicharmo sibi consciuerit. Quod autem neq: epicarmus ipē hoc ignorauerit: ex his conicere lic&. quae praesagiens ac ueluti diuinans fore imitatorem sui sic fere locutus ē. Vt autem ego puto: immo pro compto habeo meatum adhuc erit memoria rerum meorumq: sermonum. Eisq: quispiam acceptis metro soluto quo nunc constant: coloreq: adiecto purpuram uenustate uerbo℞ componit inuictusq: ipē alios facile supabit. Videtur plato sophronis quoq: mymographi libros antea neglectos primus athenis inuexisse: gestumq: ex eis ac quesisse: quos item sub eius capite fuisse reptos. Ter autem nauigauit in siciliam: primo quidem ut insulam cráteresq: uider&. quo & tempore dyonisius hermocratis filius tyrannus impulit: ut secum loqueretur. Vbi cum ille de tirannide differer& dicens nō id praestare quod sibi soli ēēt utile nisi uirtute etiam exceller&: offensum tyrannum atq: iratum dixisse aiunt. Verba tua ociosorum senum sunt. Et ille & tua inquit tyrannidem sapiunt. Ad hec indignatum tyrannum: primo quidem necare illum uoluisse: dein uero a dione & aristomene exoratum id minime fecisse. uerum polidi lacedemonio: q per id temporis legatus ad se uenerat eum tradidisse: ut uenundaretur. Eum ille in aeginam adductum uendidit. Quo tempore & chamander chamandridis filius mortis reum ēē accusauit iuxta promulgatam enim apd̄ eos legem: capitale erat siquis atheniensium eam insulam adiss&. Atq: ipē eam legem tulerat ut fauorinus memorat in omnimoda historia. Caeterum cum a quodam fuiss& alle-

gatum disciplinę gratia p̄hm eo ascendisse. absolutū dimiserunt. Asserunt pleriq: illum & in contionem abductum: ubi cum obseruaretur: nihil penitus loquutum fuisse. prompto animo quicq̄ contingeret excipere paratum. Illos cum minime quidem occidendum: sed solummodo uendendum captiuorum more decreuisse. Aderat forte anniceris cyrenaicus. Is enim uiginti minas: siue ut alii uolunt triginta redemit remisitq: athenas ad amicos. Illi extemplo pecuniam anniceridi restituendam curauerunt. Sed hanc ille omnino accipere noluit. Asserens nō eos solos dignos ēē quib' plato curę ēēt. Alii dionem eam misisse pecuniam dicunt illumq: eam nulla ratione admisisse. sed hortulum q̄ in achademia comparasse. Polidem uero achabria superatum & postmodum in elice fuisse submersum fama est demonio sibi nuntiante ista illum p̄hi gratia perpeti ut & fauorinus in primo commentariorum meminit. Non tamē quieuit dyonisius. uerum cū didicisset: quę illi contigissent: scripsit platoni: orans ne in se maledicta intorqueret. Ad quem ille rescripsit: nō sibi tantum sup ēē ocii: ut dionisii meminisset. Secundo profectus ē: ad iuniorem dionysium: postulans terram atq: homines: q iuxta constitutam ab eo remp. uiuerent. Id ille q̄q̄ pollicit' implere detractauit. Neque abfuit secundum q̄sda; suspicio: illum magno sui pīculo dioni & rheotae persuadere temptasse: illorumq: erexisse animos ad liberandam insulam. Quo tempore architas q̄: pythagoreus scripta ad dionisium epystula: purgauit illū ea suspitione. atq: ereptum athenas remisit. Est autē epistula huiusmōi Architas dionisio sal. Misimus oēs platonis necessarios lamistum & photidam: uirum illū abs te recepturi iure antiquę nostrę amicitię. Recte igitur feceris si memineris q̄to a nob studio efflagitasti platonis ad te aduentum. nos ut illum uenire hortaremur facturum te spondens omnia illumq: libere accedere: & abire pmissurum. Memor esto igitur q̄ti illius aduentum feceris: utq: illo in tempore plus cęteris amaueris. Quod si qua orta simultas ē humanius te agere conuenit: illumq: nob restituere illesum. Hec .H.

faciens: iustitiam coles. nobisq; gratificaberis. Tertio accessit dionem reconciliaturus dionysio. Sed cum id obtinere nequiuisset: infecto negotio: ad patriam redut. Vbi ad rem p. accedere quidem noluit quamuis maxime ciuilis esset: ut ex his constat que scripsit. Ratio autem quur abstinuerit a publicis negotiis: illa inprimis fuit. quod plebes aliis se moribus assuefecerat. Refert pamphila in xxv. commentariorum archadas ac thebanos condita ciuitate honeste magnitudinis: rogasse illum ut eam rem p. instrueret. Quos cum ille didicisset aequalitatem sectari nolle profectum non esse. Fertur et chauriam ducem fugientem secutus: cum id ciuium nemo temptare uoluisset quando et in arcem cum chobria ascendenti: crobilus conuitiatus dixit. Alteri opem laturus accedis qui uero nescias et tibi deberi socratis uenenum. Ad quem ille. Et quando pro patria militabam: pericula pertuli et modo amici gratia: ne desim officio plibenter me periculis expono. Primus hic ut fauorinus ait in octauo omnimode historiae dialogos introduxit: primusq; inquisitionis modum per resolutionem leodamanti thrasio induxit. et primus in philosophia nominauit antipoda et elementum et dialecticam et poemata et praelongum in numero extraemorumq; planam superficiem: ac dei prouidentiam. Primusq; philosophorum orationi lysiae contradixit: ipsam ad uerbum exponens in phoedro. Primusq; grammatices uim speculatus est. Cumq; primus omnibus fere qui ante se fuerant contradixerit: quaeri solet: quur democriti mentionem non fecerit. Refert anthes cizicenus hunc cum in olympia aliquando ascendisset: graecorum in se omnium ora conuertisse. Quo et tempore dioni congressum: aduersus dionysium bellare instituenti. Porro in primo commentariorum fauorini fertur mithridatem persarum regem: platonis statuam in achademia locasse ita inscriptam. Mithridates rhodobati filius perses musis imaginem platonis dicauit: silanionis opus. Tradit heraclides iuuenem platonem adeo fuisse uerecundum: adeo compositum: ut numquam ridere nisi modice deprehensus sit. Cum tamen esset eiusmodi: ne sic quidem comicorum conuitia effugit. Theopompus denique in auto

chare sic ait. Vnum enim ē nullum. duo autem uix unum ē: ut ait plato. Anaxandrides quoq; in theseo: quando stultitias uorabat: sicut plato. Sed & timon nonnullum agit. Quoad effinxit plato fucata mira cula callens. Alexis meropidi. Tempestiua uenis: ut ego ambigens: supra infraq; deambulans uelut plato. sapiens nihil inueni: cruraq; defatigor. Et in autilione. dicis de quib; nescis: eq; ac plato currens: nosces q; litrū atq; cepe. Amphis amphicrati. Atq bonum qd cumq; tan dem ē: quo tu fruiturus es: huius causa minus noui equidem mi domine quam illud platonis bonum. At tende ergo. In dexiinide. Quam sane plato nihil no sci: nisi moerere tantum uelut coclea elato seuere super cilio. Cratinus in pseudypobolimeo homo es: cōstat & hēs animam: Iuxta platonem. ignoro equidem: hēre tn̄ arbitror. Alexis olympiodoro. Corpus quidem meū mortale siccum ē: immortale uero ad aerem extulit. H ec nō platonis schola. idem in parasito. Et cum plato ne seorsum delirare. Irrid& eum & anaxilas in botry lione: & circe & diuitib. Aristippus autem in quarto de antiquis delitiis asserit eum adulescentem quēdā asterem nomine cū quo & astrologiæ uacauerit: amasse dyonem etiam quem praediximus. Alii phedrum q; adamasse referunt. Amorisq; inditio illius ēē epigrā mata illos ab ipō ut aiunt composita inspicia. It; alud iam dudum sidus lucebas uiuentib; matuti num. Nunc hesperus fulges uita functis mortuus. I nclionem uero lacrimas quidem hecube: atq; iliadib mulierib; fata dudum genitis dedere. At tibi dion post gaestas praeclaras res. Demones effusas sustulere spes. Iaces ecce in patria spatiosa carissimus ciuib;. O meum inte animum q ex citasti dion. hoc illius tumu lo inscriptum syracusis tradunt. Alexin insup amas se fertur & phoedrum ut predictum ē: inq; illos iti dem eius constare epigrāmma. Archaenassa quoq; co lophonia usum esse: quam ex eo constat epygrammate fuisse meretricem. Agathonem inde: uenuste formę mulierem. & in eam quoq; lasciuia illius ferunt epy grammata. Aiunt & illud in eretrienses sagena cō

prehensos epigramma ipsius ēē: aliaq; nō nulla. At uō
themoleon hostili aduersus illum animo: nō id ait ēē
mirandum si dionisius corinthi sed si plato ēēt in sici-
lia. Videtur & xenophon haud quaq̄ grata & amica
in illum fuisse uoluntate. Deniq; ueluti contentiōis
studio similia scripsere symposium socratis defensio
nem commentariaq; moralia. Ad hec ille de re p. hic
cyri scripsit infantiam. Quam in suis legib; plato
fictam dixit. neque .n. eiusmōi fuisse cyrum. Tum
ambo cum socratem saemp habeant ī ore: nusq̄ re
peries sui inuicem fecisse mentionē. Saemel tantū
xenophon platonis meminit in tertio cōmentariorū.
F ertur & Anthisthenes cū eorum q̄ scripserat qddā
recitare uell&: orasse illum uti adess& recitanti. Et
cum roganti cuiusmodi id ēēt Libri ei titulum expli
cuiss&: de eo s. quod nō sit contradicere: tu ergo īqt
de hoc ipō quomodo scribis? Et cum docer& contra
suam uenire sententiam. scripsit aduersus platonem
dialogum: satonem illum inscribens. Ex eo iā alienis
animis in se inuicem fuere. Aiunt socratem cum plato
nis lysidem audiss& recitari: proh dij immortales di
xisse: q̄ multa de me mentitur adulescens. Scripsit
quippe non pauca uir ille quae Socrates nō dixit. Fuit
illi & aduersus aristippum: haud obscura simultas.
D eniq; in libro de anima illum insimulat: quur abfue
rit morienti socrati. cū in aegyna uicino scilic& atticae
loco pād temporis moratus sit. Erat illi cum aeschine
quoq; ut fertur socratis auditore contentio. Eum qppe
cum dyonisio se facile insinuar&: egensq; rerū omniū
ad eum profectus ēēt. a platone despectum: atq; ab ari
stippo fuisse commendatum. Porro saermones quos
critonem fecit in carcere loquentem: cum socrati cōsule
r& fugam aeschinis fuisse tradit ydomeneus. illi uō
a platone: tum huius odio tum gratia ipius attributos.
S ui uō nusq̄ librorū suorū plato mentionem fecisse de
praehenditur praeterq̄ in libro de immortalitate aīorū:
& in socratis defensione: idq; tenuiter. Cuiū uō stili
ipius genus inter poema & prosam: orōnem mediū
ait Aristoteles fluere. hūc solum platoni fuisse quodā

loco fauorinus ait: cum librum de aīa recitaret: reliquos
omnis surrexisse: pleriq; autumant philippū opuntiū
ipsius leges eatenus in caera transcripsisse: huius & epi
nomida ēē aiunt. Euphorion ac panetius initium li
brorum d̄ re. p. saepius inuentum inuersum atq; im
mutatum dixere. Eam ipsius rē. p. Aristoxenus totam
ferme in protagore contradictionib; asserit scriptam.
P hoedrum primo illum scripsisse fama ē. Habet q̄ppe
quaestio illa nō nihil iuuenile. Porro dicearch; totū
id scribendi genus: ut graue ac molestum carpit. Pla
tonem tradunt cum uidisset quendam aleis luden
tem arguisse. Et cum ille q̄ia me in paruis reprehēdis
diceret respondisse. At ē consuetudo nō modica. Ro
gatus an ipsius monumenta sicuti superiorum futura
ēēnt. Primum conquirere oportet nomen. tum plu
rima suppeditabunt. Ingresso aliquando xenocrati:
caede inquit hūc puerum. Nam ipse quod iratus sū
nequeo. Cuidam item seruorum delinquenti iam īq̄t
uerberib; te concidissem: nisi iratus essem: Cum equo
insedisset: continuō descendit dicens: uereri ne eq
ferocitate raperetur. Ebriis consulere solitus erat:
sese ut in speculo studiose intuerent. Cuiusmōi stati
foeditate discessuros. Potare usq; ad ebrietatem nūsq̄
decere monebat praeter q̄ in dieb; festis in dulto ōis
uini dei. Somnus illi immodicus displicebat. In le
gib; deniq; ait dormiēs autem nemo ullius pretii ē.
V eritatem auditu suauiorem omnib; quę dicerentur
Alii uera loq iocundius omnib; dixisse putant. Sic
autem & de ueritate dixit in laegib;. Praeclarum q̄
dam ē ueritas. o. hospes atq; durabile. Verum id psua
dere non facile uidetur. Optabat insup memoriā
sui t in amicis t in libris relinqui. Locis & ipse ute
batur plurimum. Moritur eo quo diximus modo: ter
tiodecimo philippi regis anno. sicut & Fauorinus ī
tertio commentariorum refert. a quo & in craepitum
fuisse illum theopomp; auctor ē. Myronianus in simi
lib; ait philonem meminisse puerbii d̄ platonis pe
dicul; quasi sic ille defecerit. Saepultusq; ē in acha
demia: ubi plurimū temporis phatus fuerat. Vnde

& quae ab eo fluxit secta academica ē appellata. Corpus eius elatum honorifice: & ab his q eo conuenerant conditum. Eiusmodi fuit ipsius testamentū. Hec legauit plato atq; disposuit. Enephestiadeum fundum cui ab aquilone uicina uia ē quę ducit a templo ac ephesiadū ab austro heredeum enephestiadum. Ab ortu solis archestratus phreanus. Ab occasu philippus chalidensis. H unc autem nemini licitum sit: aut uendere aut comutare: sed sit adimanti filij. Eneriśiadumq; fundum quem emi a challimacho: cui ab aquilone uicinus ē eurimedon meryrinusius & ab occasu cephissus. Argenti minas tres. Argenteam phialem appendentem dragmas centum sexaginta quinq;. Cymbium ponderis dragmarum quadraginta quinq;. Anulum aureum & inaurem auream utraq; dragmas quatuor & tris obulos pendentia. E uclides latomus mihi debet minas tres. Dianam dimitto liberam. Famulos relinquo: tichonem. bictam: appollonidem: & dionysium. Supellectilem & uasa scripta: quorum hr exemplar hr demetrius. Nulli autem quicq debeo. C uratores erunt sosthenes: speusippus: Demetrius: hegias: eurimedon: callimachus: atq; trasippus. Hoc testamentum ipsius exemplar ē. Sepulchrum eius compluribus illustre epigramatib; ē. Discipuli fuere. Speusippus atheniensis. xenocrates calcedonius. Aristoteles stagirites. Filippus opuntius. esteus perinthius: Dion syracusanus: amyclos heracleotes: Erastus & coriscus sceepsij. Tymolaus cyricenus. Eueō lampsacenus: pithen & heraclides aenii. hyppothales & Calippus athenienses. Demetrius amphipolites. heraclides ponticus. & complures alii. Cum his & mulieres due Lasthenia mantinea & axiothea phliasia quae ut dicearchus auctor ē: uirili utebantur ueste. Theophrastum item illius fuisse auditorem quidam referunt & hyperidem oratorem. Chameleon & lycurgum ait. Polemo & demosthenem scribit ipsius fuisse studiosum. S abinus item mnesistratum thasium in quarto de meditatione libro. Est & id quidem omnino uerisimile. V erum enimuero cum platonis inprimis studiosa sis: idq; haud sane iniuria philosophiq; summi dogmata peculiari quodam amore ac studio prae caeteris indagare

abaustro dimostrat ... te eurymedon meryrinusius

pergas operepraetium existima & sermonū illius natu
ram : & dialogorum ordinem : & psuasionis ac induc
tionis uim prouiribus ueluti p elementa capitulaq: di
gerere · uti neq: de illius uita collegimus : dogmata q;
siue decreta desiderent alias quippe iuxta prouerbiū
ΓΛΑΥΚΑΜ ΕΙΣ ΑΘΗΝΑΣ · si ea quae p species di
stribuuntur enarrare omiserimus · Dialogos itaq: p
mum Zenonem eleatem scripsisse ferūt Aristoteles
in primo de poetis alexamenum styreum · siue teium
sicut & fauorinus in commentariis tradit · Caeterum
plato meo quidem iudicio id genus expoliuit eatenꝰ
rude atq: perfecit · Ita non solum ornate & expolite
orationis uerum & ipius inuentionis dignissime sibi
primatum uendicat · Est autem dialogus ex interroga
tione & responsione compositus de ea re : que ł phiae :
uel rei · p · partes attingat : cum decenti & congruā expraessio
ne compositus de ea re : que ł phie : ł rei · p · partes attin
gat : cum decenti & congrua expraessione personarum
quae assummuntur : accurataq: compositione uerborꝝ ·
D ialectica ē disputandi ars p quam aliquid aut proba
mus aut improbamus : ex interrogatione itidem & re
sponsione disserentium · Enimuō platonice orationis
geminus stilus est uterq: summus · Alter ex his insti
tuit atq: imbuit appellaturq: ΥΦΗΓΗΤΙΚΟΣ · Alter in in
quirendo uersaturq: ΖΗΤΗΚΟΣ · Primus ille in duo di
stinguitur genera · Alterum in speculatione cōsistit ·
A lterum in actione · Primum ī naturale ac rationale ·
Secundum in morale ac ciuile diuiditur · Porro secū
dus ille aeque in duas species scinditur · prima exercet
uocaturq: gymnastica · secunda in certaminibꝫ ē & ago
nistica dicitur · Gymnastice itidem bipartita diuisio est ·
A ltera uelut incunabula exercitationis fouet · uocaturq:
maeeutica · Altera iam suis uiribꝫ nititur · temptatque
quid possit & pirastica dicitur · Agonistice item aeque
ē biptita distinctio · Alia demostrationi inseruit &
enclitica uocatur · Alia uertit orationem & anastreptica
dicitur · Neq: sane nos fugit platonis plerosq: dialogos :
aliter ac nos distinguere · Dicunt ex his alios drag
maticos : qđ quasi poema uideantur imitari · Alios q

narrationi inseruerunt digematicos: mixtos alios appellant. Sed ea sane distinctio dialogorum: scene quam philosophorum schole uidetur accomodatior. Sunt ex eis quidam phisicam tuentes partem: ut timeus. Logicen: ut pollicitus cratylus: parmenides & sophista. Sunt qui moralem asserunt ut apologia criton. phadon. phoedrus. simposium menexenus clitiphon. epistole philebus: hipparchus & anterastae. Ciuilem res p. leges minos epinomis & athlanticus. Meeuticam astruunt alcibiade duo thages. lysis laches. Pirasticam eutyphron menon ion. carmides theaeticus. Endicticam protagoras. Anetrepticam euthidemos. hippiae duo gorgias.

De dialogo quidnam sit: & quenam sint eius differentie hactenus. Quoniam uero infinita contentio est: aliis dicentibus ipsum dogmata inferre aliis negantibus. age de his quoque uideamus. Dogmastice proprium est dogma afferre: sicut & legiferi leges instituere. Porro dogmata siue decraeta indiferenter uocantur & que opinamur & opinio ipsa. Quod opinamur propositio. opinio autem suspicatio siue opinatio. Plato igitur quae praeceperat ea exponit: que sunt falsa coarguit

De rebus incertis assensionem retinet. Atque de iis quidem que ipse opinatur quatuor inducit personas differentes. socratem. timaeum atheniensem hospitem peregrinum eleatem. Sunt autem peregrini non ut quidam opinantur. plato & parmenides: sed figmenta sine nomine sunt. Denique Socratis ac timaei uerba dum loquitur: decraeta infert plato. Qui mendacii coarguantur inducit thrasimachum: callidam: polum: gorgiam: protagoram: hippiam: atque euthydemum & huiusmodi caeteros. At uero cum probationibus & argumenti conclusionibus locus est plurimum utitur inductione: ea quidem non unica sed bipartita. Est enim inductio oratio ex ueris quibusdam simile sibi uerum proprie colligens atque & inferens. Eius sunt species due que ex contrario fit & quae ex consequenti. Quae igitur ex contrario fit eiusmodi est. ut interroganti circa omnem responsionem contrarium inferatur. Ut exempli causa. Pater meus aut alius est quam pater tuus aut idem. Si igitur alius est pater

meus: q̄ pater tuus: cum sit alius q̄ pater: nō erit pater.
S iidem est qui pater meus: idem existens q̄ pater meus: meus erit pater. Et rursus: si animal hō non ē lapis aut lignum erit. Non ē autem lapis aut lignum. Animatꝰ quippe ē. & ex se ipō mouetur. Animal igitur ē. Si autem animal ē. animal uō & canis & bos. hac igitur

erit et hō et canis et bos

inductionis spetie quę p aduersionem fit: ubi rixe locus ē: utitʳ plato nō ad afferendum dogma sed ad refellendum quod falsum fuisse& obiectum. Est & alia ipius spēs: quae p consæquens. & ea duplex. Altera q̄ꝫ id quod inparte queritur. p id qd̄ est inparte demonstrat. Altera quod uniuersaliter: p id qd inparte ē pbat.
P rior illa oratorum: sęquęes dialecticorum est. Quaeritur inprimo an iste occiderit. Argumentū est eo tempore repertum ēē cruentum (sup. ras. cede). Est autem oratoꝝ ut diximus ea spēs. Quippe rethorice ius & officium ē: circa particularia non circa uniuersalia uersari.
Q uerit enim nō de iure ipō: uerum de particularibus iustis. Reliqua uero dialecticoꝝ. Probatur quippe uniuersum p partes. Puta quaerit an sit inmortalis anima. & an ex mortuis uiuentes sint. Quod in libro de anima probatur p uniuersale quoddam: qd contraria ex contrariis. Idq: ipm uniuersale ex quibusdam particularib; conficitur. Vt puta somnus ex uigilia itemq: maius ex minore & contra. Hac autem spetie utebatur ad asserenda quae p cepisse&. Nam ut olim in tragedia: prius quidem chorus solꝰ agebat.
P ostmodum uero thespis unum inuenit histrionem ut chorus interdum requiesceret. Secundum postea aeschilus adiecit: & tertium sophocles: atq: in hūc modum tragoedia consumata ē. Ita & phię ratio dudū circa unam tantum phisice spetiem uertebatur.
A ccessit Socrates & solitarie eatenus phię adiecit ethicen. Tertiam plato dialecticam addidit. & consumato phię operi extremā manū & culmen apposuit.
T rasylus autem asserit illum iuxta tragicum quadriloquium dialogos suos edidisse. Tragedi quippe quatuor poematibꝰ certabant dyonisiis. leneis. panathenaeis. chitris. Erat autem quartum poema satiricū

P orro quatuor poemata quadriloquia appellabantur. Sunt igitur omnes eius dialogi de quibus nihil ambigitur: quinquaginta sex. Res. p. in decem diuidit libros. quam et apud protagoram totam ferme inueniri in contradictionibus tradit fauorinus in secundo omnimode historie. Leges in duodecim diuiduntur. Sunt autem eiusmodi quadriloquia nouem numero legibus uno uolumine et rei. p. libris in uno itidem inclusis. Primum igitur quadriloquium ponit quod communem monitas habere uideatur. ostendere uolens cuiusmodi esse debeat philosophi uita. duplicique in libris singulis inscriptione utitur. Altera ex nomine: ex re altera imposita. huius quadriloquii que prima est in capite ponitur euthyphro: siue de sanctitate et iusticia. Est autem ipse dialogus.

Hunc saequitur socratis defensio moralis.

T ertio loco crito siue de eo quod agendum est moralis. Quarto phedon siue de anima moralis. In secundo preponitur cratilus siue de rectitudine nominum logice partes agens. Theaetecus siue de disciplina

S ophista siue de eo quod est logicus. Politicus siue regno Logicus in distributione tertia ponitur primo loco parmenides siue de ideis logicus. Secundo philebus seu de uoluptate moralis. In quarta preponitur alcibiades primus: de hominis natura · Alcybiades secundus siue de oratione. · Hipparchus siue de lucri studio moralis. Anteraste siue de philosophia moralis. Quinte praefertur in capite theages. siue de philosophia.

A c deinceps charmides. siue de frugalitate Laches siue de fortitudine Lysis siue de amicitia · Sextae princeps est euthidemus: siue contentiosus anatrepticus. tum protagoras: siue sophistae endicticus. Gorgias seu de rethorica anatrepticus. menon: siue de uirtute Septime praeponuntur hippie duo de honesto prior saequens de mendatio ambo Ion siue de iliade Menexenus siue epithaphius moralis. Octaue primum sibi locum uendicat clitophon siue inductiuus moralis tum res. p. siue de iure ciuilis. Thimeus siue de natura phisicus. Critias seu moralis. None presidet

[margin: Tum simposium siue de bono moralis. Postremo phedrus seu de amore moralis.]

minos · siue de lege ciuil. leges siue de ferenda lege ciuil
epinomis siue nocturnus conuentus : siue philosophus ciuil:
Epistole tredecim morales quibus preponebat
Epicurus idest deon · Ex his una
est ad aristodemum ad architam due · Addionysium
quatuor Ad hermiam & erastum & coriscum · una
Ad leodamantem una · Ad perdicam una · Addionis
necessarios due · Est autem huiusmodi iuxta trasi
lum librorum illius distinctio · Cui plerique accedunt ·
Alii autem ex quibus & aristophanes grammaticus est ·
in triloquia eius dialogos ita distribuunt · Primam
ponunt cui praeest res.p. timeus · critias · secundam
cui sophista politicus · cratilus · In tertia leges statu
unt minonem & epinomida · In quarta theaetum:
eutyphrona defensionem · In quinta phedonem : cri
tonem epistulas · Caetera singula & sine ordine po
nunt · Incipiunt quidam ut prediximus a re.p. alii
a maiore alcibiade · plerique autem a theage : alii ab
euthyphrone · nonnulli a clitophonte · Quidam a timeo.
Alii a phedro · Sunt item qui a theaetito incipiant · sunt
item qui a defensione · Ex his autem dialogis qui platoni
inscribuntur : hi sine ulla controuersia adulteri sunt.
Midon : siue hippostrophus : exerixius siue erasistratus
alcion acephali siue sisyphus · axiochus · pheaces · de
modocus · chelidon · Septima & epimenides · Ex his
alcion leonis cuiusdam esse fertur ut Fauorinus in
quinto commentariorum refert · Enim uero nominibus
utitur uariis : ut ne illius opera imperitis & rudibus con
spicua sit · Proprie tamen sapientiam esse arbitratur
earum rerum quae intelligentia comprehenduntur · & in
telligibiles dicuntur & quae uere sunt scientiam quam de
deo ait : animamque a corpore disiunctam · Proprie uero
sapientiam & philosophiam uocat appetitionem quandam
ac desiderium diuine sapientiae · Communiter apud
ipsum sapientia dicitur & omnis peritia · Ut cum uerbi
gratia : sapientem uocat artificem · Utitur & eisdem se
pe nominibus in significandis uariis rebus · Denique apud
illum & pro simplici ponitur sicut & apud eurypidem.
Vtitur eo plato quandoque & pro pulchro & honesto

aliquando p pario Saepe uero & uariis nominib9 un
tur in eadem significatione. Namq: idea eam & speciem
nominat & genus & exemplar & initium & causam.
V titur & contrariis uocib: ut idem significet. Denique sen
sibile & quod ē & qd nō est dicit. Esse quidem pp
generationem. nō esse autem pp assiduam mutatio
nem. Id eam itidem appellat. quod neq: mouetur neq:
manet & idem & unum & multa. Idem uero & ī
plurimis facere solitus ē. Est autem librorum ei triplex
expositio. Primo enim docere oportet eorum quae di
cuntur unumquodque quid sit. Deinde cuius rei gratia
dictum sit utrum ex principali intentione an uero ex
similitudinis parte siue ad dogmatum assertionē siue
ad refellendum e contra disserentem. Tertio uō an recte
tum sit. Verum enim quoniam ipsius libris & note
quaedam apponuntur. Age et his quoq: pauca loquamur.
x littera ad dictiones ac figuras assumitur. prorsusq:
ad platonicam consuetudinem: dupliciter ad dogma
ta opinionesq: platonis punctis undiq: illustre ad elec
tiores quasq: sententias ornatusq: uerborum apponitur.
D uabus ex partib: puncto apposito ad quorundam emē
dationes adhibetur. ⁒ obolus cum punctis ad inania
queque & uilia iugulanda preponitur. Antisigma
x cum punctis adiutus duplices scripturęq: translationes
adhibetur. Ceraunium ad philosophie institutionem assumi
tur. Astenstus ad conuenientium dogmatum. Obelus
ad improbationem. Sunt igitur huiusmodi note. hecq:
librorum numerus ut antigonus carysthius in libro quē
nup de zenone edidit refert. Et siquis dignoscere
anit uoluisset: mercedem his q docerent pendebat.
Q uae illi uisa sunt: eiusmodi fuere. Immortalem ēē aīam.
& de corporib: ad corpora ppetuis uicib: migrare. eiq:
initium constare numeris. Corporis principium geome
trie item constare ratione. Diffiniebat eam ideam ēē
penitus remoti spiritus. se ipsam mouentem. & motum
prestantem corpori eēq: tripartitam. Rationalem ipsius
partem sitam in capite irascibilem in corde: concupi
scibilem in umbilico & iecore consistere. Continere itq:
ex medio semp corpus p girum atq: ex elementis con

stare. diuisamq: secundum harmonie interualla duos
orbes efficere coniunctos. Ex his interiorē circulum
in sex alios scindi. septemq: reliquos circulos facere
C umq: iuxta diametrum ad leuam intrinsecus bre
sedem. Alterum uero secundum latus ad dexteram.
I deoq: ipm̄ optinere qđ sit unicus. Alterum quippe
interius in pluris ēē diuisum. Atq: hunc ipsꝰ illos al
terius ēē. Dicens hāc quidem animi illa uō uniuersi
ēē motionem errantiumq; siderum motus. Cum aūt
ita se habeat ea quae ex medio fit scissio sibi ad ex-
trema congruens atq: coniuncta: nosse queq: sunt
atq: aptare eoq: in se ipa p harmoniam elementa ha-
beat & opinionem quidem fieri: secundum alterius
circulum: se subrigentem sciam uero secundum aliū
qui sit eiusdem. Duo omnino rerum ēē pncipia dm̄
atq: materiam. Illum & mentem appellauit & cām.
E sse autem materiam informem & infinitam ex ea cō-
cretiones fieri. Eam cum aliquando temere & inordi-
nate moueretur adeo in locum unū coactam. quod
ordinem temeritati praestare censuerit. Porro huiꝰ-
modi essentiam in quatuor elementa cōuersam ignem
aquam. aerem. terram Ex his mundum ipm̄: & qq;
in eo sunt nasci. Terram solam ait inmutabile;. cām
ēē putans figurarum ipius: ex quibꝰ constet differentiam
A liorum quippe figuras eiusdem generis dicit. Composita
enim omnia ex uno oblongo triangulo. terre uō ppria
ēē figuram. Ignis demq: elementum ēē piramidem: aeris
quod octedrum dicitur aquae icosedrum: terre autem
cubum. Quocirca neq: terram in ista mutari: neq: inter
ram ista conuerti. Nō autem suis locis discreta ēē singu-
la qđ circumferentia constringens & ad medium coges:
parua componit. eaq: maiora discernunt. Atq: adeo cū
species mutent: & loca mutare. Mundum unum ēē geni-
tum. nam & sensibil est adeo conditus. Animatumq:
ēē qđ prestantius regat quod animatum ē: q̄ si careret
anima. huiusmodiq: opificium supreme cause ēē sub-
iectum. Vnumq: conditum fuisse nō infinitū. q̄ etiam
exemplar ad q̄ creatus fuerit unicum sit. Esse autem
ad spere similitudinē rotundum. q̄ conditoris ea quoq;

figura sit. Illum quippe ceteras continere animantes. hunc autem omnium figuras. Leuem itidem & absq: ullo p(er)gyrum instrumento. quod huiusmodi nullus s(it) usus sit. Immortalem praeterea durare mundum eo quod n(on) dissoluatur nisi deum. Ac totius quidem generationis c(aus)am e(ss)e deum. quod summum ip(s)e bonum sit auctorq: bonorum. Porro caeli generationis auctorem ip(su)m deum. Eius quippe quod sit in reb(us) c(on)ditis pulcherrimum eum e(ss)e conditorem q(uae) intelligibiliu(m) omnium consist(et) esse praestantissimum. Itaq: quonia(m) huiusmodi deus (est): coelum uero praestantissimo illi simile (est). quoniam pulcherrimu(m) cernitur. nulli creaturar(um) erit simile: sed deo soli. Constare u(er)o mundum ex igne & aqua & aere & terra. Ex igne quidem ut uisibil(is) sit. Ex terra ut solidus. ex aqua & aere ut proportione n(on) uac(et). Nam solidorum uis duob(us) maxime mediis proportionem sumunt. ut unum fiat hoc (con)iu(n)g(i).

E x omnib(us) autem ut p(er)fectum atq: immortale sit. Tempusq: sempiterni imaginem fuisse idq: semp(er) manere. Caeli autem motum temp(us) e(ss)e. Noctem quippe ac diem & mensem & hui(us)modi caetera esse temporis partes. Idcirco absq: mundum n(on) constare temp(us). Simul enim atq: conditus fuerit. & temp(us) illi affuisse. Porro ad temporis generatione(m) & solem & lunam & errantia facta s(unt).

V t uero horarum manifestus ac certus e(ss)et numerus animantesq: numeri n(on) essent ex sortes: accendisse sol radios deum. Lunam supra eminentem terrae circulu(m) ferri. solem propinquo huic orbi affigi in sup(er)ioribus uaga sidera ferri. Esse prorsus animatum quia sit animato motu deuinctum & alligatum. Ut autem p(er)ficeretur hic mundus: e(ss)etq: simil(is) intelligibili animanti

A liorumq: aliuum conditam e(ss)e naturam. Quoniam igitur ille habebat coelum quoq: ut h(ab)ret operpretium fuisse. Deos ergo esse ut plurimu(m) igneos. Esse autem & reliqua g(e)n(er)a animantium tria. uolatile aquatile terrestre. Terram e(ss)e antiquissima(m) omnium q(uae) e(ss)ent in celo deor(um). fuisse autem conditam: ut diei noctisq: t(em)p(o)ra & uices uariar(et). Eam cum media sit circa medium moueri. Quoniam u(er)o cause inquit due sunt. alia quidem

constantiam ac firmitatem esse: alia uero necessaria ex-
causa creata dicendum. Sunt autem ista: aer. ignis.
humus humor: Quae quidem non exacte erant ele-
menta sed ad percipiendum apta. Hec autem ex trian-
gulis constare compositis atque in ipsos dissolui. Esse
autem ipsorum elementa & porrectum triangulum
& equilaterum. Initia igitur & causas rerum duo
que prediximus quorum exemplar esse deum ac ma-
teriam. Id uero informe esse necessario. sicut & alia
perceptioni accomodata. horum autem causam ex ne-
cessitate esse. Quippe perceptus quodammodo ideis es-
sentias gignere: ac per potentiae dissimilitudinem
moueri: motuque suo que mouentur ex ea econtra
mouere. Porro ista primo quidam irrationabili
& inordinato motu agitari. At ubi species exiberi
coepta: debitum ordinem & modum ex deo acce-
pisse. Causas enim & ante caeli creationem duas fuis-
se: tertiam uero generationem. eas tamen per obscuras.
uestigiaque duntaxat: & incompositas. Et eis itidem
perfecto mundo accessisse ordinem. Ex omnibus uero que
subsisterent corporibus factum esse caelum. Opinatur
& deum sic & materiam incorporalem esse. Sic enim &
corruptione & perturbatione nulla omnino temptari
Ideas ut prediximus causas quasdam atque principia po-
nit. ut huiusmodi sint que natura consistunt qua-
lia & ipsa sunt. Enimuero de bonis ac malis ita disse-
rebat finem esse deo similem fieri. Virtutem sufficere quidem
ad bene beateque uiuendum: caeterum instrumentis in-
digere corporis bonis robore: sanitate. integritate sen-
suum & ceteris id genus. Exterioribus itidem puta opi-
bus: claritudine gloria & huiusmodi ceteris. Ea nisi
affuerint nihilominus tamen beatum fore sapientem.
Accessurum item ad rem publicam. uxorem ducturum legesque
positas non preuaricaturum. Laturum insuper patriae suae
quantum potuerit commodas leges. Idque nisi per summam
plebis differentiam operam suam rei publicae iudicarit inu-
tilem fore. Arbitratur & deos humana cernere atque
curare & demonas esse. Notionemque honesti primus
declarauit: que a laudabili & rationabili utilique decoro

& congruo non discerneretur. Ea omnia id q̄ p naturam
sit consæquens & pro confesso habeatur attingere. Dis
seruit & de ratione ac rectitudine nominum. Atq;
adeo rite respondendi & interrogandi sciam por ipe
constituit & affatim usus. Porro in dialogis diuinā
quoq; iustitiam legem arbitratus ē: ut ad recte opan
dum potentius psuaderet: ne post mortem quoq; pe
nas improbi luerent. Quo circa eum pleriq; fabulo
sum putauere q̄d huiusmōi narrationes interdum
suis scriptis interserit: ut p obscurum modum: q̄d
ista post mortem sic se habeant admoniti mortales iu
ra uiolare pertimescant. Atq; in hunc modum ille opi
natus istaq; ei placuere. Distribuebat autem ut ait Ari
stoteles humana bona tripliciter. Alia quippe ī anima
A lia in corpore. Alia extrinsecus constare adseuerans.
Puta iustitiam: prudentiam: fortitudinē: frugalitatē
& cetera id genus in animo ponebat. pulchritudinem
& habitum præclarum. sanitatem & fortitudinē in
corpore. Amicos autem & priē foelicitatem. atq; di
uitias inter exteriora numerabat. Bonorum igitur tria
ēē genera. Alia in animo. Alia in corpore. Alia extrin
secus. Tres item ēē amicitiæ species: naturalem aliam
aliam socialem atq; aliam hospitalem. Naturalem
qua parentes naturæ instinctu liberis afficiuntur cogna
tiq; alterutrum diligunt. Eam uero in ceteras quoq;
animantes ēē diffusam. Socialem siue sodalitiam qua
sine ullo consanguinitatis uinculo sola consuetudo
conciliat. cuiusmodi pyladis & horestis fuisse memo
rat. Hospitalem qua ex commendatione: ut litteris ho
spitib; iunguntur. Addunt pleriq; quarto loco & ama
toriam. Ciuilitatem identidem in spēs quinq; distinxit
A liam popularem: aliam quam optimates agunt: tertiaq;
diffundatur in paucos. Regiam quartam: quintam ty
rannicam. Popularem re. p. in eis ēē ciuitatib; ī quib;
ad imperium multitudinis agitur res. eiusq; nutu ma
gistratus eliguntur. & pro illius arbitrio ponunt leges
A ristocratiam ubi neq; diuites neq; pauperes: neq; nobi
litate uel gloria illustres dominantur. uerum soli qui
sunt in ciuitate optimi rē administrant. Oligarchiam

qñ a censibus magr̃atus eliguntur. Sunt enim paucio-
res pauperib;. Regnum bifariam scindi. Aliud .n. secun-
dum legem: aliud secdm genus ee̅. Secundum legem
constare carthaginensium regnum: uenale q̃ppe esse La-
cedemonioꝝ uero & macedonum secundum genus.
H abent enim regni stirpem aliquam. Tyrannidem di-
ci cum impulsi & ui adacti ciues iugum dominatio-
nis uiolenter admittunt. Iustitie s̃bинde tria ee̅ genera
aliud circa deos: aliud circa homines. aliud circa defunc-
tos uersari. Nam & qui sacrificia secundum leges fa-
ciunt: sacrarumque reꝝ curam h̃nt. religiosi circa deos ac
pii sunt. Qui uero mutua depositaq: restituũt: iusti er-
ga homines sunt. Qui autem uita functis iusta persol-
uunt. tertiam illam iustitie partem exequunt̃. Disci-
pline similiter tris ee̅ species. Aliam quidem ĩ actione cõ-
sistere & practicen dici. Aliam ex operis affectu cõstare:
& appellari effectricem. tertiam speculationi studere. &
theoricen uocari. Et edium quidem nauiumq: structu-
ram ad effectricem illam p̃tinere. Videre quippe ĩ pro-
ptu ẽ opus consumatum. Ciuilitatem uõ & tibiarꝝ can-
tus pulsusq: cythare & huiusmoĩ cetera practice s̃b
ee̅. Neque enim consumato actu quippiam remanet.
qđ oculis s̃biectum sit. Ceterum in ipo actu uis oĩs est.
I taq: alius tibiis: alius fidib; canit. Alius rem p̃ gerit.
Porro geometria & harmonia & astrologia subintel-
ligentiam cadunt. & speculationi tantũmodo inserui-
unt. Neque enim ut agunt ut efficiunt quicq. Sȝ
geometria quidem solerter inspicit: ut sese h̃nt ad
inuicem linee. Harmonicus ptongos .i. sonos ratiõe
diiudicat. Astrologus sidera contemplat̃ atq; coeluȝ.
M edicine item quinq: species ee̅ aliam quippe dici me-
dicabilem: que morbis medicamenti potione s̃bueni-
at. Aliam chyrugicam: que sectione & ustione curet.
tertiamq: sola uictus ratione & ordine arceat aegritudi-
nes: appellariq: dialecticen. quartamq: ex celeri discretiõe
morboꝝ succurrat egris. uocariq: ΝΟϹΟΓΝΙΟΜΟΝΙΚΗΝ.
Q uintam adiutricem dici: q̃ s̃tanuo auxilio doloribȝ
continuo liberet. Legis item geminam ee̅ distributio-
nem. Alteram scriptam. inscriptam alteram. Priore;

illam esse ciuilem: quae uero inscripta uocatur eam a natura
& usu proficisci. Puta nudum in forum prodire: femineaque
uti ueste: nulla scripta lege prohibetur. Sola id inscripta naturaque
uetat lex. Orationem quinaria diuisione distingui. Esse
enim eius aliud genus: quo utuntur in contionibus hi qui
administrant rem publicam. idque ciuile appellari. aliud quo utuntur
oratores: demonstrationi inseruientes. dum uel laudant
uel uituperant. uel accusant quempiam. Esse uero id ge
nus oratorium. Tertium quo priuati inuicem colloquuntur:
dicique priuatum. Quartum quo breuiter rogantes atque
respondentes interrogantibus utantur. uocarique id genus dia
lecticum. Quintum quo artifices dum de sua arte dis
serunt loquuntur: appellarique id artificiosum. Musice
tres esse diuisiones. Et iis aliam uoce sola constare: ut can
tum. Aliam uoce simul & manu: ut cum neruorum pul
sibus oris modulatione concinimus. Tertiam solis ma
nibus perfici ut tum silente oris organo cytharam pulsamus.
N obilitatem quatuor in species diuidi. Quippe qui claris:
bonis iustisque maioribus fuerint exorti: eos nobiles pro
fecto esse. Quorum item parentes potentes ac principes
fuere: eos itidem nobiles dici. Tertio deinceps loco uoca
ri nobiles: quorum sint aui fama & opinione caelebres
quamuerbi gratia ut ex bellicis rebus preclare gestis: uel ex cer
taminum coronis reportauerint. Quartum esse nobilitatis
genus: idque prestantissimum est qui per se animi ingenuitate
& magnitudine excellit. hunc enim profecto ueraciter ap
pellari nobilem: cui non aliena: sed sua uirtus ad nobilitatem
opituletur. Pulchritudinem item in tria genera distingui.
A liam quippe esse laudabilem: ut formosam faciem. Aliam
quoque usui deseruire: ut instrumentum & domum. Ea quippe
praeterquam quod spatiosa sunt: usibus nostris accomodata sunt. Tertiam
legibus studiisque constare: eamque humane uite commodis ma
xime consulere. Anime itidem tres partes esse. Aliam enim
esse rationalem. Aliam concupiscibilem. irascibilem tertiam.
R ationalem sedem esse consilii: cogitationis & huiusmodi reli
quorum. Concupiscibilem esse appetendi cibi. uel congressus &
similium causam. Irascibilem uero confidentiae: uoluptatis. do
loris. & iracundie auctorem esse. Perfecte consumateque uir
tutis esse species quatuor. Primam prudentiam. Secundam

iustitiam. Fortitudinem tertiam. Quartam tempantiam.
E x ijs prudentiam rerum recte agendarum causam ee. Iustitiã
uero inter consortia & humanae uitę commertia nõ uiolan
di iuris auctorem. Fortitudinẽ autem ne inter picula &
terrores a iustitie tenore deuiemus efficere. Porro tempan
tiam nõ ad frenandas concupiscentias: ut a nulla uoluptate
subigamur: honesteq: uiuamus; sua nobis lege pscribere
P rincipatus item quinariam ee distributionem. Aliumq p
pe ee legitimum naturalem alium. alium secundum con
suetudinem: quartum secundum genus. quintum uiolen
tum. Deniq: magistratus ciuitatum si eligant a ciuib secũ
dum legem principantur. Per naturam uero mares ubiq:
gentium nõ modo inter homines: uerum inter animantes
quoq: feminis praesunt. Ex consuetudine uero & pedagogi
pueris & magistri discipulis imperant. Per genus autem
lacedemoniorum reges dominantur. Fluxit a gente aliq
apud eos regnum. Eodem mõ & apd macedones reges in
perant. Quippe & illic regnum ex genere institutum est.
P orro qui coactis ac p summam uim impulsis ciuib inui
tis regnant. Huiusmõi p uim dominant. hec quinaria
principatus distributio. Oratoriae sex speties tradit. Nam
quotiens iusserit orator bellum arripere: & auxilium
contra aliquem ferre id genus uocatur adhortatio. Cum
uero quietem agere: neq: bellare neq: opem ferre monuerit:
appellatur ea species dehortatio. Tertia subinde speties: cũ
quis se a quolibet iniuriis affectum: & complura incomo
da ppessum docuerit. Eiusmõi uero uocatur accusatio. Quar
ta speties: defensio dicitur. Cum salicet is q accusatur: se
neque uiolasse iũs neque aliud quicq̃ temere & nequiter
egisse probarit. Quinta deinceps speties: cum quis bene
& commode dixerit. honestumq: ac bonum praedicauerit.
eaq: laus siue laudatio dicit. Sexta deinde: cum turpe
ac malum docuerit: & hec uituperatio potest appellari
R ecte dicere in quatuor scindit. Primo enim quid dicere
oporteat: obseruandum monet. Secundo q̃ multa dicere.
tertio ad quos: quarto quando sit dicendicendum. Ea
igitur oporteat dicere quae utilia futura sint: & dicenti &
auditoribus. Modum etiam seruare dicendo conuenit: ut
neq: nimis multa: neque pauciora q̃ satis dicantur. Adhi-

bendi & psonarum ratio. ut siquidem ad peccantes senio
res dicendum sit: uerba illi aetati congrua loquamur.
sin uero ad iuniores uerba facienda sint: maiori aucto
ritate utamur in dicendo. Tempus item dicendi obser
uandum: ut neque prius neque posterius quam ratio exigit.
dicatur. Alioquin uitium profecto non effugiet qui
secus faxit. Beneficentia quadrifariam ipso auctore
diuiditur. Aut enim pecuniis. aut corporibus. aut di
sciplinis. aut uerbis beneficium praestari. Ac pecuniis
quidem beneficium constat. cum quis egenos ut inopia
liberentur pecuniis iuuat. Corporibus res tanta agitur:
cum se mutuo fouent homines & ab iniuria caedentiumque
petulantia manu inuicem uindicant. Porro qui disciplí
nis liberalibus imbuunt: uel medicine arte subueniunt.
boniue aliquid docent. Tertio illo beneficentiae genere
utuntur. At cum in iudicium quispiam ingressus pro
amico dixerit: eumque ui orationis adiuuerit. hic bene-
ficentiae munus uerbis expleuit. Finem itidem rerum
quadripartitum docet. Quippe res aut secundum leges fi
nem accipiunt: ut cum decretum aliquod lege firmatur:
& impletur. aut secundum naturam finis rebus accedit.
N amque & dies & annus & anni tempora naturali lege
decedunt: aut secundum artem finis obuenit: ut uerbi
gratia. Architectus arte consumat aedificium. & nauium
fabricator arte itidem perficit nauem. Aut fortuito finis
contingit: ut cum secus ac putabamus & praeter opinio
nem aliquid accidit. Aut igitur legitimus est rerum fi-
nis: aut naturalis. aut arte constat, aut forte. Potenti-
am identidem iiii^or in species diuidit. Aliam quippe esse
qua cogitare animo & opinari possumus. Aliam qua cor-
pore ualemus. & pergere & accipere & dare: & caetera
id genus. Tertiam qua ut pecuniarum copia. ut multi
tudine militum potentes dicimur. Vnde & magna
potentia pollere dicitur rex. Quartam potentiae distri
butionem: qua & facere & pati bene ac male possumus.
N am & infirmari & erudiri & conualescere ualemus. Pri
mam itaque potentiae speciem constare animo: secundam
corpore. tertiam exercitu atque pecuniis: quartam in faci
endo atque patiendo. Humanitatem idem triplicem

ducit. Aliam quippe p salutatione fieri ut cum forte ob-
uiam quemlibet humaniter qs salutat & dextram por-
rigens comiter excipit. Aliam esse eius speciem. cum in
casus uarios erumpnosos q: iactato quis opem clement
impendit. Tertium eius genus quo caenas & conuiuia
inter se homines cælebrant. Aut igitur salutationis offi-
cio aut ope & auxilio: aut conuiuio fraequentiq: con-
graessu constare humanitatem. Foelicitatē quinque par-
titam diffinit. Primam eē partem bene consulere. se-
cundam sænsib; & bona ualetudine corporis uigere.
T ertiam in reb' gerundis fortunatum ēē: Quartam gloīa
& claritudine apud homines excellere. Quintam pecu-
nīis ad omnes usus humanitatis affluere. Primum il-
lud ex eruditiōe: multarum q: rerum peritia & experimēto
contingere. Saequens ex corporis membris accid-
re. ut siquis uidet ocul' audit aurib; : narium prę-
terea & oris sensu uiget & integritate membrorum quę
sænsuum instrumenta sunt. Tertium in prouenire:
siquis quod agere intendit ita egerit ut decet sapien-
tem & strænuum uirum. Quartum illud scilicet glo-
riæ caelebritatem. ex opinione bonitatis emanare. Po-
stræmum rerum affluentia ē cum quis ad uitę usus
ita suppeditat pecuniaet copiam: ut & amicos fouere
benefitio & large ac liberaliter cuncta necessaria sub-
ministrare ualeat. Porro cui hęc suppetant omnia eū
p fecte foelicem ac beatum ēē. Artes trifariam diui-
dit. Prima in effossione ferri & moetallorum materiaq:
caedenda constituit qd ista qī praeparet. secundam
ex his confitiat aliquid. Puta ex ferro ærarius arma
fabricatur. Ex lignis faber tybias lyrasq: facit. Tertia ī
usu earum rerum est. Quippe equestris fraenis utit' ut
A rmis bellica. musica tybiīs & lyra. Bonum in quatuor
genera diuiditur. Primo bonum dicimus hr̄e uirtutē:
secundo uirtutem ipam & iustitiam dicimus bonum. Ter-
tio cibos & commodam exercitationem. ac moedicamen-
ta. Quarto demum loco bonum dicimus tybiarum can-
tum histrionicam atq: poeticam eorumque quae sunt quę-
dam dicimus mala. bona alia: alia neutra. Ex his mala
ēē quae sæmp nocere possunt: ut ē iudicii ratiōisq: priuatio

dementia iniquitas & huiusmodi caetera. Bona quae his
contraria sunt. Mediam quae neutram ptem tenentur
puta deambulatio & sessio cibiq; pceptio. quae neque p-
desse possunt neque obee. Ea uero neque bona ee neq;
mala. Optima legum moderatio in tria diuidit. Primo
si sint leges praeclare & optime. Secundo si ciues eas le-
ges quae ita late fuerint omni studio obseruet. Tertio
si iuxta consuetudines ac studia quoz libet positis legi-
bus: bene res. p. administretur. Est igitur prima pars
eiusce moderationis ut sint leges optime. secunda in-
tra illas maneatur tertia ut praeclaris consuetudinibus
studiis q; uiuatur. Contraria huic laudabili legum
moderationi iniquitas in tria itidem scindit. Aliud ex
iis e: si sint leges pessimae. peregrinisq; & ciuib; noxie.
A liud si his quae sunt minime obtemperetur. Tertium
si nulla omnino sit lex. Contraria trifariā item diuidi-
tur. Puta bona malis contraria dicimus ut ius iniusti-
tiae sapientiam insapientiae & huiusmodi caetera. Ma-
la item mal contraria sunt: ut prodigalitas auaritiae:
& iniusta poena iniuste impunitati & caetera id genus
mala mal contraria sunt. Porro leuia grauib;. tardis
uelocia. & nigra candidis media contraria dicuntur.
B onorum tria sunt genera alia enim ex his haberi alia
participari: alia subsistere. Priā illa sunt quae ee possunt
ut e iusticia & sanitas. Saequaentia quae haberi quidē
nequeunt eorum tamen ee participes possumus. puta bo-
num ipm hre possibile nō est. neque tamē e impossibi-
le ipius participatione frui. Substantialia uero quae neq;
pticipationem admittunt neque hre possibile e. sed ee
oportet. Ut probum ee & iustum ee bonum e. Ea uero
neque hre neque participare licet: sed subsistere ut pro-
bum ee & iustum ee. Et hec bonoz e distributio. Consi-
lium itidem tripartitum e. Aliud quippe a praeterito: ali-
ud a futuro: aliud a praesenti tempore sumitur. Pretitū
temp & exempla suppeditat dum attendit: quid: cur
quaeque gens passa sit: ut caueamus aut quid prudent
egerit: ut imitemur. Presens rem ipam quae in manib; e
considerare admonet. puta debiles muros homines timi-
dos annone caritatem & caetera huiusmoi. Futurū psp-

cere suadet: uti nequid fiat timere habendam bone opinionis rationem: ut non esse uiolandas suspitionibus legationes ne gratia gloriam honestatis amittat. Vox in duo diuiditur est enim animata alia. alia inanimata animata quidem animantium. Inanimata uero sonorum atque crepituum. Porro animata bifariam scinditur. Est enim altera litterata: altera inlitterata litterata ut hominum illitterata ut animalium. Eorum quae sunt alia diuidua alia induidua dicimus. Diuiduorum uero alia sunt similium partium: alia dissimilium. Atque induidua quidem sunt queque diuisionem non admittunt & simplicia sunt neque ex aliquo composita ut monadem punctum ac sonum induidua dicimus.

Diuidua queque sunt ex alico composita ut syllabe & consonantie & animantes & aqua & aurum. Similium partium sunt quae ex similibus componuntur. neque totum a parte nisi multitudine differt. Puta aqua atque aurum & caetera huiusmodi. Dissimilium partium dicimus queque ex dissimilibus constat: ut est domus & huiusce cetera. Eorum quae sunt alia per se alia ad aliquid dicuntur. Et ea quidem per se dicimus quae nulla interpraetatione ut intelligantur indiget.

Eiusmodi sunt homo equus & animalia reliqua. Nihil enim horum interpretatione indiget. Ea uero ad aliquid dicuntur quae interpraetatione quadam indigent. Ut est maius aliquo, caelerius & melius & huiusmodi similia. Namque & maius minore maius est & caelerius aliquo est celerius. & in hunc modum cetera.

& aliq

Ita & priora diuidebat secundum Aristotelem. Fuit autem & alius plato philosophus rhodius panetii discipulus: ut ait seleucus grammaticus in primo de philosophia libro.

Et alius peripateticus de aristotelis ludo: & alius praxiphanis discipulus & alius poeta prisce commedie.

LAERTII DIOGENIS VITAE ATQVE SENTENTIAE EORVM QVI IN PHILOSOPHIA CLARVERVNT LIBER IIII. INCIPIT FOELICITER.

SPEUSIPPUS.

QUAE DE PLATONE DICENDA erat
pro uiribus diximus. quod de eo uiro singuli
sensissent studiose in unum corpus col
ligentes. Successit autem ei Speusippus
eurymedontis filius atheniensis pago
myrrinusius et platonis ex sorore na
tus. Octo autem annos scholae plato
nicae magister fuit a centesima octaua olympiade ini
tium sumens. Gratiarumque signa in schola conlocauit:
quae fuerat a platone in achademia constructa. Persti
tit autem intra platonis dogmata et simoribus eiusmodi
non fuit. Nam et iracundus erat et uoluptatibus dederat
manus. Denique illum ira concitatum catulum in pu
teum iecisse. uoluptateque delinitum in macedoniam
ad cassandri nuptias profectum esse. Fertur et platonis
discipulas lasthemiam mantineam et axiotheam phli
siam ipsum quoque audiuisse. Quo etiam tempore dyoni
sius ita ad illum mordaciter scribens ait et ex archade
discipula tua philosophiam discere possumus. Et pla
to quidem gratis sua limina terentes docebat: tu uero
tributa exigis et a uolentibus ac nolentibus accipis. Primus
hic ut ait diodorus in primo commentariorum in disciplinis
quid esset commune uestigauit. easque quantum fieri po
terat sibi inuicem iunxit atque federauit. Primus item
quae ab isocrate dicebantur archana edidit: ut caene
us refert. Ac primus quo pacto ex gracilioribus lignis
capacia et in uentre tumentia uascula fierent inuenit.
C
Cum uero iam paralisi corpus illi omne resolutum fer
me esset: accersito Xenocrate: orauit ut sibi in docen
do succederet. Aiunt illum cum uehiculo ferretur in
achademiam obuium habuisse diogenem Et cum illi
salue dixisset hoc ab eo responsum accepisse. At tu ne
quaquam salue qui eiusmodi cum sis uiuere sustines.
D
Denium uero moerore impulsum cum iam senio confectus
esset mortem sibi sponte consciuisse. Porro plutarchus
in uita syllae ac lisandri: pediculis efferbescentibus illum
interisse ait. Erat et corpore fragili ut ait thimoteus
in libro de uitis. hic ad diuitem amantem deforme muliere

Marginal note: al. aiunt.

ait. Quid tibi istac opus est? Ego tibi decem talentis for
mosiorem inveniã. Reliquid autem complura cõpplu
ra commentaria & dialogos plurimos. Inter quos & Ari
stippus cyreneus ē. De divitiis unum. De voluptate unū;
De iustitia unum. De philosophia unum. De amicitia unū.
De diis unum. Philosophus unum. Ad cephalum unū.
Caephalus unum. Clinomachus unum sive lysias civis.
De anima unum. Ad gyllum unum. Aristippus unum.
Repraehensio artium unum. ὙΠΟΜΝΗΜΑΤΙΚΟΙ dialogi
unum faliciter artificiales. Dialogi earum rerum quę
st inquaque re similes decem. Divisiones & argumẽta
ad similia. De generibus & speciebus exemplariorum. ad a
marcyrum. platonis laudes. Epistole ad dionem. dio
nysium philippum. De legis sanctione. Mathematicus
mandrobulus Lysias. diffinitiones. Commentariorum
ordines. Versus plurimos. Ad hunc simonides scribit
hystorias. in quibus dionis ac bionis gesta signaverat.
Eius aristotelem libros tribus talentis emisse favorinus in
secundo commentariorum auctor ē. Fuit & alius speusip
pus medicus erophileus alexandrinus;

XENOCRATES

XENOCRATES agathenoris filius cachedo
nius a primis fere annis platonis auditor
fuit. eique in siciliam proficiscenti comes iti
neris adhesit. Erat autem hebes ingenio
ac tardus adeo ut cum illum plato Aristo
teli conferret: alterum fræno: Alterum diceret egere cal
caribus. Illudque: cui equo quem asinum iungo? alioquin
sæuero semper ac sęrio habitu & ore perdurabat. ita ut
sæpe illum plato diceret. Xenocrates. gratiis. sal. Vixit
autem ut plurimũ in achademia. Siquando vero ad
urbem profecturus esset turbas omnis impudicorum:
eius obseruare transitum solitas tradunt eius ingetan
di gratia Phrynem denique nobile scortum illum ali
quando temptavisse: cum videlicet a quibusdam de
dita opera insectaretur. ab eo intra ediculam admissam
humanitatis causa. Cumque solus illic & unicus lectulus esset
orantis lectuli ipsius partem concessisse. Demum cũ mul
ta ne quicquam orasset: infecto opere profectam esse ac dixisse

pcontantib' se nō auro sed a statua exire. Quidam uō
discipulos laidem illi inieisse in lectulum tradunt. illūq;
adeo fuisse continentem ut cum se ad libidinem incita-
ri persensiss& & secare & urere uerenda sæpe pateretur.
Tanta uero illius uerbis fides habebatur: ut cum iniurati
nullius testimonium admitteret: huic soli remiserunt
athenienses iusiurandum. Erat praeterea maxime frugi
ita ut cum illi alexander magnam pecuniae summā mi-
siss&: sublatis solum tribus milibus atticis: reliquū re-
remiserit dicens: illi opus ēē pluribus: qui plures enutri-
r&. Ab antipatro quoq; sibi missam pecuniam nō susce-
pisse: Myronianus in similib; testatur. Corona quoque
aurea donatum: praemio scilic& in medice potationis
ab his qui se continebant apd dionysium: cum in ēē p-
fectus. Eam ante mercurium deposuisse. ubi floreas et
coronas ponere solitus erat. Missum illum cū ceteris le-
gatum ad philippum fama ē. Ac reliquos quidem do-
nis emollitos & conuiuia caelebrasse: & cum illo sæpe in
colloquium uenisse cum uero horum neutrū fecisse. Neq;
enim illum ido philipp' admiserat. Quocirca & athenas
reuersos legatos dixisse frustra xenocratem secum uisse
Et cum illi iam parata ēēt mulcta comperto ex illo ut sese
res hēēt: monente tunc maxime rei p. curam habendam.
Quippe philippum caeteros donis corrupisse se uō nulla rōne
inclinare ad suum consensum posse prudisse. Ea ex re dupli-
ci honore honestatum asserunt. philippumq; postmodum
dixisse: solum xenocratem ex omnib; q ad se uenerāt lega-
tis munera spreuisse. Ad antipatrum quoq; legatione func-
tus. ut qui atheniensib; in bello lamiaco capti fuerant red-
der&: ab eo inuitatus ad cenam: hisce ad illum uerbis metro
usus est quibus doceret non se prius conuiuio exsurrecturum:
quam q petebat impetrass& amicosq; ac ciues absolutos ui-
der&. Cuius hanc dexteritatem p libenter amplexus. omnes
continuo absoluit ac remisit. Cum aliquando passer acci-
pitri futurus praeda se in eius sinum recepiss&: opuit ac fo-
uit dicens: nō oportere supplicem prodere. Cum a bione ob-
iurgaretur nō tibi inquit respon spondebo equidem. Nam
neq; tragoedia commediam cum ab eo lacessitur responsiōe
dignatur. Ad eum q neq; musica neq; geometria neq; astro

nomia instructus: ludum suum frequentare cupiebat.
porge inquit: adminiculis enim philosophiae cares. Alii sic dixis
se ferunt: Apud me enim vellus non mollitur. Cum platoni
dionisius diceret: caput tibi quispiam tollet: aderat hic et
suum ostendens: nullus inquit prius id: quam istud abscidet.
A aiunt antipatro athenas profecto: et se salutanti non antea
respondisse: quam coeptam finiret orationem. Porro gloriae et
fastus inprimis contemptor fuit: ac saepe inter diu me
ditationi inseruiebat: atque unam silentio distribuebat
horam. Scripsit autem plurima admonitionesque versusque:
E a fere ista sunt. De natura libros sex. De philosophia sex.
De diuitiis unum. Archadem unum: De optimo unum:
De puero unum: De continentia unum. De utili unum:
De libero unum. De morte unum: De uoluptario unum:
De amicitia .ii. De modestia .i. De contrario .ii. De felici
tate .i.i. De scribendo .i. De memoria .i. De mendacio .i.
Callidem .i. De prudentia .ii. Oeconomicum .i. De frugali
tate .i. De iuribus legum .i. De re p. unum. Quod uirtus
tradi possit .i. De perturbationibus .i. De utilis .i. De concor
dia .i. De discipulis .ii. De iustitia .i. De uirtute .ii. De spe
ciebus .i. De uoluptate .ii. De anima .ii. De scientia .i.
Politicum .i. De uita .i. De fortitudine .i. De uno unum.
De ideis .i. De arte .i. De diis .ii. De anima .ii. De scientia .i.
Ciuilem .i. De philosophia .i. De parmenide .i. Archade
mus siue de iustitia. De bono .i. De his quae circa mentem
sunt octo. Solutio eorum quae orationi accidunt .i. De
physice .vi. Capitula unum. De generibus et speciebus .i.
Pythagorica .i. Solutiones .ii. Diuisiones .viii. Positio
num .li. xxiii. De ratione differendi .li. xiiii. Post
hec .li. xv. et alios .li. xvi. De disciplinis eorum quae cir
ca dictionem uersari possunt .li. viiii. Eorumque quae cir
ca mentem sunt alios .li. iiii. Eorumque quae circa discip
linas uersantur .li. vi. De his quae circa mentem .li.
ii. alios de geometris .li. v. Commentariorum .i. Contra
riorum .i. De numeris .i. Numerorum speculatio .i. De
interuallis .i. De his quae in astrologia uersantur .vi. Ele
menta ad Alexandrum de regno .li. iiii. Ad arybam
A de ephestionem. De geometria .ii. versus .iiii. cc. xxxviii.
Eum tamen cum tantus ac talis esset athenienses aliquando

[Marginal note, keyed to "unum. Quod uirtus": De sanctitate .i. De eo quod est unum. De fato unum]

uendiderunt. Cum Demetrius phalereus emit eique libertatem restituit. hoc ait Myronianus amastrianus in primo historicorum similium capitulorum. Successit autem speusippo scolamque tenuit annos XXV. Docere autem ceperat sub lysimacho centesime decime olympiadis anno secundo. Moritur noctu in sartaginem forte offendis set etatis annum agens octogesimum secundum. Fuerunt et alii quinque eiusdem nominis. Prior antiquissimus: huius philosophi ciuis ac propinquus. Fertur eius oratio que inscribitur arsinoetica de arsinoe defuncta. Alius philosophus elegiae scriptor non satis probatus. Ita enim se habet res: ut poete quidem si prosa oratione scribere uelint: efficiant. qui uero pedestri oratione scribere consueuerint. si poetice sibi partes uendicare uelint: non consequantur id ex eo liquet quod alterum naturae. alterum artis opus est.
A lius statuarius fuit postremus aristoxeno teste odas conscripsit.

·POLEMO·

POLEMO philostrati filius atheniensis pago aecensi oriundus cum esset adulescens: adeo impudicus ac lubricus fuit: ut pecunias circumferret quo paratior esset et instructior ad uoluptates inueniretur: implendas consueuerit E as itidem inuias et angiportus occulebat. In achademia quoque iuxta columnam quandam reperta est pecunia ab eo illic inusus similes recondita. Aliquando uero ex condicto cum sodalibus ebrius et coronatus. xenocratis irrupit scholam. Quo ille nihilo aduersus eam quam ceperat orationem ardentius quoque prosequutus est. E rat autem sermo de pudicitia. Ea illius oratione sensim impurus adolescens se ipsum collegit atque ita ut industria et studio caeteros uinceret: eique in schola regenda succederet centesima sextadecima olympiade docere inchoans. Refert Antigonus carystius inuitis: patrem eius primarium fuisse ciuitatis: equosque nutrire solitum: fugisseque polemonem ab uxore nequitiae insimulatum quod adulescentibus congrederetur. Tantam uero inter ipsa philosophandi principia oris atque habitus adsumpsisse constantiam ut idem semper permaneret uocemque numquam immutaret. Quibus ex rebus crantoremque

sui inprimis studiosum fec̄. Deniq: a cane lacessitus: cum
suram morsu discaeperet: ne expalluit quidem tumul
tuq: in ciuitate excitato: percontatus quidnam contigisset:
immobilis pstitit. In theatris quoq: nulla miseratione mo
uebatur. Nicostrato enim qui cognominabat̄ clytem
nestra: poete quidam sibi cecitiq: recitanti illo in affec
tum commiserationis translato: hic ita pseuerauit: ac si
nō audiuisset. Euiusmoi autem profecto fuit: qualem de
scribit melanthus pictor in libris de pictura. Ait enim
oportere contumaciam quandam atq: duritiam opib
& morib ex aequo moderari. Dicebat autem polemo
oportere in rebus exerceri: nō in dialecticis speculatiōi
bus. uti ne breuem quandam artem sorbentes atque
meditantes: dum in rogationib admirationi habent
affectu sibi ipsis repugnarent. Erat igitur urbanus ad
uncta seuera constantia idq: fugiebat q̄d de euripide
scribit aristophanes. acidum eum atq: asperum uocās.
Neque uero sedens dicebat: cum rogaretur. sed ambulās.
Itaq: propter summum probitatis studium in ciuitate
honorabatur maxime. Post deambulationē quiescebat
in ortulo iuxta quem discipuli constructis breuib; tu
guriis: prope scholam exedramq: habitabant. Videt̄
autem polemo xenocratem in cunctis emulatus eumq:
amasse. Aristippus in quarto de antiqs delitiis refert.
Semp deniq: illius innocentiam & siccitate; polemo ī ore
habebat. Induerat q: illius grauitatem ueluti doricus q
dam in musica mod. Erat autem & sophoclis ī pmis
studiosus: atque in ill maxime locis ubi iuxta comicū
canis quidam molossicus secum una poemata fecisse
uidebatur. & ubi iuxta phrinicum: non elatus aut tur
bidus: sed mitis incedit & placid. Dicebat igitur ho
merum quidem epicum ēē sophoclem homerum uero
sophoclem tragicum. obiit iam uetul exptisi reliquid q;
opuscula plurima;

CRATES

CRATES atheniensis: p̄re antigene ortus pago
thriasius fuit. Auditor sil amatorq: polemo
nis: illiusq: successor schole. Ita sibi uō profue
ere inuicem: ut nō modo uiuentes eadem sint studia

sequuti: uerum ad ultimam fere respirationem alterutrum
similes fuerunt & mortui eodem sepulchro sunt conditi.
Unde & antagoras ambos uersu laudauit: in hanc senten
tiam. hoc tumulo cratem ac polemonem conditos fatere
qui transis o hospes uiros consensu animorum precipuos.
Quorum diuino ex ore doctrina manauit sacra: uiteque
mundities sapientiae adiuncta: ueris certisque persuadens
dogmatibus ornauit seculum. Hinc & arcesilaum cum ad
eos a theophrasto diuerteret: dixisse ferunt illos deos esse
aliquos: aut aurei seculi reliquias. Erant enim ingenio
minime uulgari: aut multitudinis fauoribus dedito. sed
quod de dionysodoro tibicine fertur: id convenientissime
aptari potest quem aliquando dixisse tradunt exultan
tem atque gloriantem quod nihil ex suis pulsibus neque in trie
ris neque ad fontem unquam audiuisset sicut ismenii. Cena
re apud crantorem solitum refert antigonus: concorditer
ambobus arcesilao etiam adiecto uiuentibus. Habitasse item
arcesilaum una & crantore: polemonemque crate in uici
lyside quodam excubias. Erat autem inquit uti ut in
praedictum est polemonis quidem crates crantoris autem
arcesilaus. Moriens autem crates ut apollodorus in tertio
chronicorum ait libros reliquit alios quidem philosophi
cos. de commedia alios orationes item populares alias. & de
legationibus alias. habuit & discipulos sane memorabi
les. Horum ex numero fuit arcesilaus auditor suus de
quo in consequentibus dicemus. & Bion item borysthenii
tes ac postremo theodorus. a quo secta theodorica deno
minata est: de quo item suo loco dicemus. Decem uero fuere
crates. Primus antique commedie poeta. Secundus orator
trallianus de isocratis familia. Tertius uallorum effossor: qui
cum Alexandro militauit. Quartus cinicus de quo postea
dicemus. Quintus philosophus peripateticus. Sextus acha
demicus quem prediximus. Septimus malotes graman
cus. Octauus qui geometrica scripsit. Nonus epigramatum
poeta. Decimus tarsensis achademicus philosophus.

CRANTOR

CRANtor solensis cum apud suos haberetur in
gloria. concessit athenas: ibique xenocratis audi
tor polemonis que socius in dicendo fuit. Reliquit

autem commentaria ad triginta uersuū milia. Ex his quæ
dam arcesilao non desunt qui applicent. Fertur cum in
terrogatus eēt: cuius rei gratia ita se polemoni addixiss&
respondisse: quia illum nunq̄ neque acutius neq: gra
uius audiss& loquentem. Is cum infirmatus eēt. in as
clepianum secessit. ibiq: deambulabat. Continuo adeū
illuc undique confluxere discipuli. existimantes illum
non morbi causa: sed quod ibi scholam uell& instituere:
eo concessisse. Aderat cum illic & archesilaus uolens ab
illo se a polemonem conferre. q̄q̄ amatore suo: sicuti eū
ad archesilaum ueneriumus: dicemus: Qua ex re non
solum nihil succensuit: sed ipse quoq: sanus cum fac
tus eēt: se ad audiendum polemonem contulit. Atque
inde multum illi & glorie & laudis accessit. Fertur &
substantiam arcesilao reliquisse talentorum duodeci
E t cum ab eo rogaretur: ubi nam sepelliri uell&: dixisse.
terre in musis certib; abscondi plac&. Poemata quoq: scrip
sisse dicitur. eaq: signata anulo in mineruę fano in pa
trio solo condidisse. Theaeteus quoq: poeta illum lau
dans: & uiris & musis fuisse inprimis gratum canit ac
sibi ipsam senectutem cum defeciss&: humo cōditum: il
lucq: tranquillo euo frui. Admirabatur crantor pre
ceteris homerum & eurypidem dicens opus eē & i
dustriæ plenum proprietate seruata tragice simul &
misericorditer scribere. proferebatq: uersiculum ex belo
rophonte. hei mihi: quid ita mortales passi sumus?
C rantoris item in laudem uersus referri in anthagoram
fama ē. Erat autem & nominib; fingendis acer. Tra
goedum denq: dixit. infractam hr̄e uocem & cortice
plenam & theophrasti questiones ostreis conscriptas
eē. Laudatur eius maxime liber quem de luctu edidit.
Obiit ante polemonē & cratem interceptus morbo.

ARCHESILAVS

ARCHESILAVS seuthi siue scyti filius sic
Apollodorus in tertio chronicorum ait pita
naeus ex eolide primus mediam inuexit acha
demiam negationes continens pp sermonum
contrarietates. Primusq: in utranq: disserere partē aggres
sus ē. idq: orationis genus qd plato tradiderat p terro

gationem & responsionem: ex umbra incertam ac pulue
rem prior eduxit. Crantori uero in hunc modum con-
gressus ē. Quartus erat ex fratribus qui illi duo erant ex
eodem patre duoque ex matre generati. Ex his alter qui
eodem ex patre maior natu erat pylades. qui uero ex ma-
tre moereas dicebatur: quique eius curator erat. Au-
diuit itaque principio quidem autolicum mathema
ticum ciuem suum antequam proficisceretur athenas: quicum
sardis quoque perrexit: deinde xantum atheniensem mu
sicum. postque theophrasti auditor fuit. tum demum in
achademiam se ad crantorem contulit. Moereas enim
frater illum ad oratoriam ediscendam hortabatur: sed
illum philosophie iam amor coeperat. Eo amore flagrantem
crantor amator suus eurypidis ex andromeda uersi
culo percontari pergit. Num gratias habebis: si te serua
rim uirgo? Cui ille sequacitatia respondit. Duc age
me hospes & ancillam aut coniugem ut uoles: habe.
Ex hoc iam pariter ambo morabantur. Egre tulisse theo
phrastum aiunt illius recessum ac dixisse. Quam in
geniosus promptusque adolescens ex schola discessit.
Nam cum esset in dicendo grauissimus: atque in scriben
do satis exercitatus: poetice quoque operam dedit. Ferun
tur eius epigrammata in actalum: atque menodorum
eudami filium unum ex condiscipulis amantem. Am
plectebatur homerum maxime ex omnibus cuius adeo
studiosus erat: ut semper ante somnum eius aliquid legeret
Mane quoque cum surgeret dicens sese ad amasium pergere:
ne ab eo legendo impediretur. Pindarum quoque dice
bat esse inprimis idoneum implere uocem: uerborumque
ac nominum copiam prebere. Stilum et ionicum ex
pressit cum esset iunior. hipponici item geometre audi
tor fuit. in quem cum esset alias hebes & obtusus & hiscens:
artis tamen intelligentia ualeret: iocatus ē dicens hianti
sibi geometriam inos aduolauisse. Eum et dementem
aliquando effectum: domi secum habuit. atque tam diu
illius curam egit: quoad redderetur sensui. Crate autem
uita functo scholam tenuit: caedente sibi socratide quodam.
Nullum uero librum scripsisse ferunt: quod eque de omnibus
retineret retineret adsensum. Alii deprehensum dum

quaedam emendaret tradunt. Eos tamen ipsos alii non
edidisse alii flammis tradidisse aiunt. In honore summo
platonem habuit librosque illius studiose lectitabat. Sunt
qui pyrronem quoque imitatum adseuerent. Dialectice
quoque fuit non imperitus. eretricorum que sermones ac ratio-
nes calluit. Vnde et de illo ab aristone dicebatur. Ante
plato: retro pirro. mediusque diodorus. Timon et de il-
lo sic locutus est. habens namque menedemum plumbum
in sinibus ponet. seu pirronem penitus carneum siue dio-
dorum. Erat autem proloquiis abunde utens et construc-
tus. atque in locutione ambiguus ac praeterea obiurgator
confidens multum atque audax. Quod timon quoque
signauit. qui illius in increpando uehementiam uno uer-
siculo expraessit. Vnde et adulescente quodam audatius
quam par erat loquente: nullusne inquit hunc talo excipiet.
C um retulisset ad eum quidam uitiose concludens non ui-
deri altero alterum maius: ne decem inquit digitorum
longitudo senorum longitudine? Emone quodam chio
cum esset deformis: formosum se arbitrante: ac iugiter
clamidem pretiosam induente ac rogante num illi sa-
piens amaturus uideretur: ait. Vtrum? Neque enim si
quispiam ita fuerit pulcher ut tu. Neque si ita quidem
speciose induatur ut tu. Cum uero ab impudico ita
ageretur: cui forte infoensa erat eius grauitas: licet ne
te rogare o ueneranda an silere? sic ait. Quid mihi o
mulier aspera nec consueta loqueris? Verboso cuidam
ignauo ocia sua perturbanti: improbe inquit et impudi-
ce loqui seruorum filii consueuerunt. loquaci itidem
se obtundenti nimio uerborum strepitu: graui inquit
nutrice caruisti. Quibusdam uero nihil respondebat.
F oeneratore quodam ac dicendi studioso quiddam se
ignorare dicente: latent enim inquit et uentorum tran-
situs autem: nisi cum adsit foetus. Sumpta sunt autem
ista ex enomao sophoclis. Alexinum quendam dia-
lecticum: et alexini quaedam commode ac pro merito
enarrare non ualentem: quid philoxenus aduersus la-
teritios operarios egisset: admonuit. Ille enim cum hos
carmen suum male canentes offendisset: Lateres illorum
ipse conculcare coepit ac dicere. Vos mea corrumpitis:

ego uestra dissipabo. Ferebat grauiter siquis intempestiue disciplinas liberales arripuisset. Naturaliter autem quodammodo in disserendo utebatur hoc uerbo. Arbitror equidem: & non assentietur istis ille: cum ex nomine appellans. Idque discipulorum plurimi quoque imitabantur. neque id solum: uerum & rhetoricen eius: omnemque dicendi modum ac figuram exprimere in se nitebantur. Erat autem illi inuentionis praecipua foelicitas. Rite item ac facile occurrere obiectis: orationisque ambitum ad id quod erat propositum referre: atque omni se tempori accomodare mirifice calebat. Magna illi praeterea ultra omnes caeteros erat persuadendi que uis & acrimonia. Quibus in rebus factum est ut ad eum audiendum confluerent plurimi & quidem cum illius inmodico acumine offenderentur. Quod tamen illi ipsi aequo animo ac libenter tolerabant. Erat enim uir ille bonus ualde. suosque auditores bona spe plenos emittebat. Erat enim summa facilitas in communicandis rebus suis, atque ad ferenda beneficia promptus occurrebat. Latere quoque gratiam omni studio quaerebat fastum eiusmodi maxime exhorrens. Denique ingressus aliquando ad ctesibium egrotum: uidensque inopia rerum angustari: plenum nummis sacculum clam eius puluino subiecit. Quo ille inuento: arcesilai inquit hic ludus est. Archiam uero archadem eumeni commendans ut magna dignitate frueretur efficit. liberalis quoque admodum fuit: ipsamque liberalitatem suam argenteis in primis uasis praeferebat. atque cum archecratis & callicratis apparatu contendens: aurea quoque uasa in studio habuit. plurimisque ea somministrabat: quibus & conuiuia & cenas faciebat. Acceperat ab eo quidam ad suscipiendos amicos argentea uasa cum uero is egenus esset. non repetiit. Aiunt alii de industria haec illum utenda dedisse. & cum ea ille redderet: quia pauper erat illi largitum fuisse. Erat quidem illi & in pitane substantia. ex qua sibi pylades frater suppeditabat autem usus. Sed & eumenes philetaeri filius ipsum largissimis frequentibusque illustrabat donis. Quocirca & huic soli praeter caeteros studebat reges. Cum autem antigono plerique obsequerentur: illiusque domum salu-

Sed & alius ad illum mille solidos misit

tandi causa fraequaentarent : ipe quietem agebat nōles
in illius notitiam incidere · hierodis item amicitijs in
primis fruebatur qui monuchiam possidebat & pireū.
I taq: diebus foestis saemper descaendere ad eum consue
uerat : & cum abeo quoq: ut antigonum salutatum p
gerer& induceretur non acquieuit · sed adusq: illius ia
nuas profectus retro rediit · Post naualem uero anti
goni pugnam : plurimis illum adeuntib; : eplas q: pro
consolatione scribentib; : tacuit ipse : Attamen p patria
legatione ad antigonum indemetriadem functus : absq:
effectu rediit · Omne igitur tempus uixit in achademia
rei · p · negocia fugiens · & consilia damnans · Interdum
& athenis in pireo morabatur · ex tempore dicens · hiero
de enim ut diximus utebatur familiariter · unde & aplę
risque carpebatur · Magnificentia praeterea ex caellens :
quid enim rectius dici pōt q̄ alter Aristipp? · Caenas
cum similib; saepe caelebrabat ipseque ad illos pro
ficiscębatur · Theodotae item ac philetae eliensib; scor
tis palam congreediebatur · Detrahentib; autem aristip
pi instituta recensębat · Adulescaentib; item maxime
studebat eratq: in amorem pronus · Vnde illum ariston
chius stoicus corruptorem iuuenū dissertumq: ī pudi
cum & temeratium appellans accusabat · Nāq: & deme
trium cum is cyrenem nauigass& : amasse plurimum
dicitur : & mirleanum Leocharem de quo & ad commes
santes dixisse : sequidem apire uelle : illum autem pro
hibere · hunc amabant & d' mochares Lachetis : & pytho
cles beselij filius · Quos ille cum deprachendiss& caede
re se tolerando dix̄ · Propterea carpebant eum & obiur
gabant isq: dix̄ ut uulgo addictum gloriaeq: studiosū :
M axime autem illum apud hieronimum pipateticum ue
xabant · cum amicos coger& ad natalem diem alcyonei
antigoni filij qua die pecunias plurimas in sumptus q̊t
annis mittebat antigonus ubi cum deuitar& inter po
cula disserere : aridelo proponenti sibi quiddam q̄d spę
culatione indiger& orantique ut sup illo differer& : di
xisse fertur · At hoc ipm inprimis philosophiae ppium ē :
cuiusq: rei temp? scire · In id autem q̄d turbe addictus cul
pabatur & timon indem suo ut sol& uersu coāguit · Cū

tamen eēt eiusmodi: ita moderatus & fastus fugiens erat. ut discipulos moner& & alios audire. Et cum adulescēs quidam chius ex ludo suo hieronymi quem pdiximus scholam plus sibi ualere significass& ipse manu apprehensum adillum dux philosophoq: commendauit admonens seruare ordinis ac disciplinę grauitatem. Per laepidum & hoc illius dictum memoratur. Percontanti enim quur ex disciplinis aliis plaerique ad sectam epicuream transir&, ex epicureis uero null⁹ se ad ceteras conferr& ait quia ex uiris quidem galli fiunt. ex galli uiri numq̄. Cum uero iam ess& morti proximus sua omnia piladi fratri legauit. quod is illum chium clam myrea atq: inde athenas deduxerat. Numq̄ uero aut uxorem duxit aut filios genuit. Tria testamanta conscripsit. Ex his unum aeretriae penes amphitritū deposuit secdum athenis apd quendam ex amicis. Tertium domum ad taumasium quendam necessarium suum misit orans ut illud seruar&. Ad quem ita & scripsit. Archesilaus thaumasiae sal. Testamenta mea diogeni tradidi adte pferenda. Quia enim saepius egroto & corpore nō rite ualeo testamentum conficere placuit: ut si quid contingat inoppinatum sine tua iniuria proficiscar exuita qui unus ex omnibus maxime me affectu prosaecutus es. Fidissimus autem omnium q hic sic cum mihi saemper fueris: diligenter ea seruare stude: cū pp aetatem: tum pp necessitudinem. Cura igitur memor quantum tuae fidei committam: utq: apud te totū deponam: quantum inte ē id moliri ut negocia mea honeste disposita sint. Posita sunt autem ista athenis apd quaendam ex amicis: & eretriae poenes amphitritum. Obyt ut hermipp⁹ ait cum merum immodice hausiss& ac p id offendiss& septuagesimo & quinto aetatis anno. susceptusq: ē ab atheniensib⁹ ut nemo alius. Fuerunt & tres alii archesilai. Primus poeta priscae comędiae. Secund⁹ elegiae poeti. Tertius sculptor in quem & simonides hoc scripsit epigramma. Signum hoc dianae ē. Ducente enim merces eius dragmę. Artifex elaborauit palladis manibꝫ dignus archesilaus aristodemi filius. Predictus autem phs ut ait apollodorus ī cronicis floruit

maxime circa centesimã & uigesimam olympiadem;

. BION .

b BION genere quidem borystenites fuit. Q(ui)b(us)
uero sit ortus parentib(us): & quibus ex rebus
ad ph(ilosoph)iam se contulerit ip(s)e antigono aperuit.
Cum enim ille sciscitaretur quisnam: unde
ubi illius eẽt patria atq(ue) parentes: sentiens se uitupa-
tum eẽ apud regem atq(ue) ideo sic ad illum ait. Pater q(ui)de(m)
meus libertus fuit: cubito se tergens significabat autem
illum succidiam & laridum uendere. Borystenites ge-
nere: h(abe)ns non faciem sed in facie scripturã inditum a-
cerbissimi domini. Mater autem: quam huiusmo(d)i du-
cere potuit. Deinde pater nescio quid in rem publicano(rum)
committens: cum tota domo uenundatus ẽ. Me adu-
lescentulum haud ignauum & ingratum orator q(ui)dam
emit. Is moriens mihi omnia reliquit. Ego tabulas ip(s)ius
exurens cunctasq(ue) conscindens: athenas concessi. ibiq(ue)
philosophatus sum. Hoc mihi genus est ista progenies.
I Ista habui quae de me dicerem. Desinant igitur perseus ac
philonides ea historiae tradere. Me autem ex me ipso in-
tuere. Et erat sane Bion alias uersatili ingaenio & sophi-
sta callid(us): pluresq(ue) contra ph(ilosoph)iam se exercere uolentib(us) oc-
casiones praestiterat. In quibusdam uero laetus erat.
& limpidus fastuq(ue) perfrui ualens. Complura autem re-
liquit commentaria. sed & sententias utiles & graues.
ut illud. Cum sibi probro daretur. quod adulescentem
non sibi uendicasset: non inquit possibile ẽ mollem ca-
seum hamo attrahere. Interrogatus aliquando quisnam
anxietate maiore detinet(ur). ille inquit qui se maxime cu-
pit eẽ foelicem & quietum. Rogatus an ducenda eẽt uxor
refertur et iam & adhuc istud siquidem ait turpem duxe-
ris poenam habebis: sin autem formosam co(mmun)is erit. Senec-
tutem malo(rum) omnium portum asserebat. siquidem ad
ip(s)am cuncta confugere. Gloriam anno(rum) eẽ matrẽ. pul-
chritudinem alienum bonum. Diuitias neruos rer(um).
A deum qui fundos suos uorauerat. terra inq(ui)t amphia-
raum absorbuit: sed terram tu. Magnum malum eẽ
ferre non posse malum. Arguebat eos qui homines quasi
sine sensu essent exurerent. eosq(ue) ueluti sensu praeditos

adurerent. Dicebat autem iugiter optabilius esse senem
alteri largiri suam: quam alienam petulanter ambire. Cor-
pore quippe atque animo laedi quid fecisset. Sed & socra-
tem iniuris uocabat dicens. Nam siquidem alcibiade uti
potuit & abstinuit inanis fuit: si uero non ualuit nihil
magnum fecit. Facilem esse dicebat ad infernum uiam. Clau-
sis enim oculis illuc iri. alcibiadem culpans dicebat: illum
dum esset adulescens uiros ab uxoribus: iuuenem uero uxores
uiris abduxisse. Rhodi atheniensibus ad oratoriam se exer-
centibus philosophiam ipse docebat. Causanti quodam quur
ita faceret: frumenta inquit adtuli & ordeum uendo.
D-icebat eos qui essent in inferno magis profecto crucian-
dos: si integris quam si perforatis uasis aquas ferrent. Oran-
te se uerboso quodam: ut sibi opem ferret. satis inquit tibi
faciam si quis praecentur pro te ad me miseris ipse quidem non ue-
neris. Nauigans cum pessimis hominibus in latrones in-
cidit. Dicentibus illis peribimus: si agnoscamur. at ego in-
quit. nisi agnoscamur. Elationem esse asserebat profec-
tus impedimentum. Ad diuitem auarum non inquit hic sub-
stantiam possidet. sed ab ea ipse possidetur. Tenaces aiebat
opum & fuatum habere curam. uerum ex eis ut ex alienis
nihil capere utilitatis. Fortitudine inquit cum sumus
iuuenes utimur: at cum saenescere incipimus: prudentia
uigemus. Tantum uero prudentiam a uirtutibus caeteris dif-
ferre asserebat: quantum uisum ab aliis sensibus. Aiebat
non esse exprobandam senectutem. quippe ad quam omnes
peruenire cupimus. Inuido cuidam subtristi: nescio inquit
utrum tibi malum: an alteri bonum contigerit. Impietatem
pessimam esse dicebat contubernalem fiduciae. In seruitu-
tem enim uirum redigit qualibet ille ore audax ac liber
sit. Amicos qualescumque sint oportere seruari ne uidea-
mur uel malis uti: uel deuitare bonos. Is principio quidem
achademiae instituta aspernabatur quo tempore cratis au-
ditor erat. denique cynicum elegit institutum sumpto
pallio & pera. Nam quid illum aliud ad eam animi
constantiam traduxit? Demum uero se ad theodoria tran-
stulit theodori athei auditorium fraequentans: qui omni
orationis genere uti solebat in dicendo. Post hunc uero
thephrastum peripateticum audiuit. Erat autem & spec-

taculorum studiosus risumq; mouere auditorib; maxime
peritus grauib; nominib; aduersum res utens. Quia uō
orationem suam omni genere dicendi temptauerat. Aiūt
eratosthenem dixisse de illo. Primus omnium bion phi
losophiam uario orationis flore uestiuit. Erat illi item
& faciendis uersib; ingaenium praecipue accomodatum;
E ius sunt illa. O pater archita & caetera. Sed & musicā
& geometriam pro ludo habuit. Apparatus quoq; ma
gnifici ac praetiosi erat studiosus. Atq; ideo ex urbe in
urbem sepe migrabat. Saepe sibi & arte moliebatur. Rho
diēmq; nautis persuasit. ut sumpta scholari ueste se
saequaerentur cumq; his ingraessi gymnasium conspicuus
fuit. Consueuit & adulescentes sibi adoptare ut eis ad
uoluptatem abuteretur: & ab illorum beniuolentia prote
geretur. Sed & sui uehementer amans fuit saempq; illud
sibi more erat. Amicorum cuncta communia sunt. Id
circo & nemo illius discipul⁹ inscribitur: cum tot habue
rit sui auditores. Quosdam uero ad impudentiā proue
xit unde & bitio unus ex familiarib; suis aliquando
ad menedemum dixisse fertur. Equidem o menedeme
noctu bioni coniungor: nihilq; indignum mihi pass⁹
uideor. Multa & scelestius congraedientib⁹ conloquaeba
tur. Hoc autem ex impii theodori disciplina hauserat.
P ostraemo incidit in malam ualetudinē. ut dixerunt qui
erant ex calcid. illic enim & uitam finiuit. Ligaturas suscepit
ī ductus ē & poenitentiam agere sup his quae peccarat in
deum. Eorum uero inopia quib; infirmorum cura erat
dire cruciatus ē quoad Antigonus duos illi famulos mi
sit. secutusq; ē in sella ut fauorinus tradit in omnimo
da historia. Sed sic quoque uita excessit. Illum nos
ita causati sumus. Biona borysthenitem raefert scythica
tellus dixisse. Audimus deos quam uere nihil sint. Ac
siquidem id dogma tueri pstitiss&: merito dicend⁹ eē
saensisse: ut ei uisum eēt. & si male uisum eēt tamen. At
nō morbo longo tabescens ac mori ptimescens qui dōs
non esse dixerat. fanumq; nō uiderat quiq; illudebat
uiris: dum dis immolar&. non modo cratis & ararum
& mensę nidore deorum hostijs ad mouit nares: nec modo
peccaui dix. uetera diluite sed & anui collum facile por

rexit excantandum. brachiaq; ligaturis persuasus deuinxit.
R animumq; & lauri in ramum ianue imposuit. cuncta perpeti magis: quam mori paratus. Stultus qui merced cupijt deus redimere quasi tunc dii essent cum illos bion aestimare uellet. Ergo nequicquam sentiens cum lemb⁹ erat carbo totus: tendensq; manum ita ferme ait. Salue inquit pluto salue.
D ecem uero biones fuere. Primus qui phoerecydi syro contemporaneus fuit: cuius duo ferunt libri. est autem proconesius. Secundus syracusanus. qui artes rhetoricas conscripsit. Tertius hic ipse. Quartus ex democriti familia & mathematicus abderites: qui attice scripsit & ionice. Hic porro esse dixit regiones quasdam ubi esset mensium sex. nox & totidem dies. Quintus solensis qui conscripsit aethiopica.
S extus rhetoricus cuius feruntur libri nouem: musarum inscripti. Septimus lyricus poeta. Octauus melesius sculptor cuius & polemo meminit. Nonus poeta tragicus: ex his qui tarsici dicuntur. Decimus itidem sculptor clazomenius siue chius cuius & hipponax meminit;

LACIDES.

l LACIDES alexandri filius cyreneus: noue achademiae princeps archesilaique successor fuit. Uir eximiae seueritatis habuitq; institutum suum non paucos emulos. Fuit ab adulescentia summe studiosus. & pauper quidem: sed gratus admodum atq; in sermone iocundus. Aiunt eum & circa rem familiarem dulcissime se habuisse. Cum. n. ex penu promere quicquam uoluisset: obsignato aditu: rursus anulum per foramen intus iaciebat: ut nihil inde ex reconditis rebus tolleretur. Id cum animaduertissent famuli resignabant quae signata erant. & quaeque uoluissent: inde tollebant. ac deinde anulum in porticum per rimam immittebant.
I dq; cum saepe facerent: numquam deprachendi potuerunt.
L acydes igitur achademie scholam habebat in orto quem attal⁹ rex fieri curauerat. Lacydiumq; ab ipso appellat⁹ est.
S ol⁹ que ex omni memoria uiuens phocensib⁹ teledi & euandro scholam tradidit. Porro euandro successit hegesin⁹ pergameneus. A quo carneades lepidum illud ad lacydem refertur. Attalo deniq; illum accersente dixisse fertur: imagines procul esse intuendas. Sero autem geometriae dam

operam ait quispiam caetere nunc temp': certe nunc dem.
O biit autem cum scholam regere coepisset: quarto anno. cen
tesime trigesime quarte olympiadis. xx. & sex annis in scho
le regimine consumptis. Mortuus est autem ex paralisi: quam
ex immodica potatione incurrerat.

CARNEADES.

C CARNEADES epicomi: sicut Alexander in
successionib' tradit philocomi filius cyreneus.
Hic stoycorum & chrysippi libris diligentissime
cplexus: eis modice reluctabatur: adeoque iclue
recunde faciebat ut id saepius diceret. Nisi chrysippus
esset non essem ego. Fuit autem uehementer studiosus. Por
ro phisice minus curam habuit. aethice se magis deuouit.
Q uocirca & caesariem & ungues nutriebat praecipua inten
tione studiorum. Adeo autem in philosophia uiguit: tantumque sibi
in ea neruorum comparauit. ut oratores quoque in ipsis scholis
ad eum audiendum pergerent. Erat autem illi & uox maxima
& praecipue sonora adeo ut gymnasii princeps ad illum
mitteret ac ne ita clamaret admoneret. Ad quem ille.
D a inquit uocis modum. Et ille aptissime sane congrueque
respondit. Modum enim habes ait auditores. Acriter autem
inuehebatur: atque in quaestionib' erat insupabilis. Caenas autem
ob eas praedictas iam declinabat. hic aliquando cum men
tor bithynus discipulus atque auditor suus pelicem suam
adamaret: ut fauorinus in omnimoda historia refert
inter dicendum ita in illum iocatus est. Versatur hic se
nex quidam nauis fuit': mentori corpore atque uoce simil
limus. Eum ab schola abdicari placet. At ille continuo
exurgens intulit: Hec illi dixere. concite isti surrexerunt.
D urius autem uidetur circa finem uersatus esse: cum saepius
diceret. Quae constituit natura & copegit & dissoluet.
C um autem didicisset antipatrum ueneno hausto defunc
tum & ipse incitatus est ad audendum contra mortem atque:
suis Date igitur, inquit, mihi qui cum dicerent quid. Ait mul
sum. Defuncto autem illo: defectionem lune factam aiunt.
ut compati sibi uideri possit pulcherrimum post solem sydus.
R efert apollodorus in chronicis: humanis eum excessisse
reb' olympyadis centesime sexagesime secunde anno
quarto cum uixisset annos octoginta quinque. Feruntur

eius ep̄la͂ ad ariarathem cap ubi impetrass& dedisse illis
ipius conscripsere discipuli at imitando xenocratem ut
ei lumina caligine offunde rent. Vbi uō alexandro in
iubere q̄ solitum puero lu asse operam eumq: sibi deui
cam intuliss& ac dicere iato calisthene olyncthyo athe
lege igitur. huius & alii c us q̄ par erat alloquentem re
excelluit omnib; clitoma ferunt uersu admonente cita
dicendum fuit & alius ca periturum. Qd̄ & factum est.
idrum insidiaꝝ socius fuisse
CLITOMA circumduci iussus pedore atq;
triaq: lingua remo obiectus est sicq: excessit
& apud suos phad mas pfectus: cum illic
autem contendit quadragin concessit. qd̄
audiuitq: carneadem. Eius ille industriam ar latus esse&.
litteras doceri fecit. ac studiose imbuit uirum. Mnemophi
autem pitiae puectus ē: ut ultra quadraginta uolumina scrip
serit. successeritq: carneadi cuius sciam dicta maxime illu
strauit litteris. Versatus ē autem in trib; maxime sectis a
chademicoꝝ scilic& pipateticoꝝ atq: stoicoꝝ. Porro achade
micos ita fere lacessit timon. Neq: achademicoꝝ latiloquen
tiae mutit. —

RISTOTELES

opetam ait quispiam cae TOTELES NICOMACHI
O biit autem cum scholam re sq: filius stagirites fuit. Por-
tesime trigesime quarte oly ch anicomacho nichaonis fi-
le regimine consumptis. Mo iq: nepote originem traxit:
ex immodica potatione man pus in eo libro quem de ari
CARNE osit: tradit. Eratq: carus in

CARNEADES epi ntae macedonum regi: me
successionib tradu x amicitiae gratia: hic inter
Hic stoycorum & c maxime excaelluit: uoceq: gra-
plectis: eis modic sis in libro de uitis refert. &
recunde faciebat ut id fa dis fuit: ueste insigni & anu
ess& no essem ego. T. iatus e autem illi & filius nicho
ro phisice m ylide pellice ut thimotheus ait. Recessit
Q uocirca dum adhuc superuiuer&. Unde dixisse illu:
tion sit Aristoteles in nos recalcitrauit: no secus atque
in matrem pulli geniti. Refert hermippus in uitis: cum
atheniensium legatus ad philippum profectus eet aristo-
teles achademice scholæ praefectum fuisse xenocratem.
C um uero reuersus eet: scholamq: sub alio uidiss&: elegis-
se in lycio peripatum: illicq: usque adunctionem deam
bulando cum discipul philosophari solitum: atq: ideo
pipateticum esse appellatum. Alii idcirco sic uocatum asse-
runt. qd ex egritudine conualescenti: ac deambulanti ale-
xandro assistens: quaedam disserere soler&. Ubi uero plu-
res ee iam caeperant: sedens docebat: dicens turpe ee reticere.
X enocratem uo loqui pmittere & ad propositam questione
discipulos una exercebat simul & oratoriam docens. De-
inde ad hermiam eunuchum profectus e: atarnensium
tyrannum: quem alii quidem pedicam ipius fuisse tradut
A lii uero sibi affinitate iunctum: tradita ei filia siue nepte
ut refert demetrius magnesius in libris de poetis ac scripto
rib; equiuocis: q & ebuli seruum hermiam fuisse ait bythy
num genere. quem & dominum enecasse. Porro aristipp
in primo de antiquis delitiis libro aristotelem ait. hermie
pelicem adamasse. Quam ille cum sibi pmisisset: duxisse
eam & gaudio elatum immolasse mulieri ut athenienses
ælcusine cereri. hermieq: peana scripsisse. Hinc iam in ma-
cedonia apd philippum uixisse: atq: ab eo alexandrum
filium erudiendum accepisse. petisseq: instaurari solum

patrium a philippo euersum id ubi impetrass& dedisse illis leges. In schola quoq; leges tulit imitando xenocratem ut decem dialem principem facerent. Vbi uo alexandro in stituendo: satis uisus e nauasse operam cumq; sibi deui xisse: commendato illi cognato calisthene olynthyo athe nas concessit. Eum audacius q par erat alloquentem re gem: ab ipo increpitum asserunt uersu admonente ut ta lia loqui desister& mature periturum. Qd & factum est.

N amque hermolao in alexandrum insidiaru socius fuisse depraehensus: cauea ferrea circumduci iussus: pedore atq; squalore obsitus leoni postremo obiectus est sicq; excessit e uita. Enimuero Aristoteles athenas pfectus: cum illic tredecim annis docuiss&: clam in calcidem concessit. qd ab eurymedonte hierophanta impietatis accusatus ess&. siue ut fauorinus ait in omnimoda historia a demophi lo: quod hymnum in eum quem praediximus hermia scripserit epigrammaq; statuae quae in delphis e noui inciderit. Improbe pemit psa sagittarius. Hic uero ut ait eumelus in quinto hystoriarum aconitum bibens mor tuus e. septuagesimo aetatis anno. Idem uo refert ipm platoni triginta annorum se in disciplina dedisse sed p fecto fallitur. Namq; septimo decimo aetatis anno plato nem audire cepit. Est autem hymnus huiusmoi. Vir tus laboriosa mortalib uite profecto praeclara &c. Primu hunc orationem iudicialem pro se ipo scripsisse cu huius criminis argueretur. fauorinus in omnimoda hystoria auc tor est. ac dixisse: athenis pirum sup piro: ficumq; sup fico senescere. Ait autem apollodorus in cronicis. natum illu; anno primo nonagesime none olympiadis preiisseq; ad platonem septimo decimo aetatis anno: annosq; xx. apd eum fuisse commoratum. Tum uero uenisse mytilene sub principe eubolo quarto anno centesime octaue olympiadis

V erum platone primo anno uita functo sub theophilo p fectum ee ad hermiam. mansisseq; annos tres sub pytodo to autem se contulisse ad philippum secundo anno cente sime none olympiadis alexandro quintu decimum iam annum aetatis agenti. Athenas uero concessisse secundo anno centesime undecime olympiadis. atq; in lycio trede cim annos docuisse. Ac demum preiisse calcidem tertio

anno centesime quarto decime olympiadis morboque perisse
cum esset annorum ferme sexaginta trium quo & tempore De-
mosthenes in chalabris defunctus sit sub philocle. Fertur autem
enim ob callisthenis insydias in alexandrum infensum
fuisse regi illumque ad eum contristandum anaximenem
extulisse ac misisse xenocrati dona. Obiurgauit eum epi-
grammate theocritus chius ut ait ambrion in libro de theo-
criti uita in hunc sensum. hermię eunuchi simulatque ebuli
serui mausoleum struxit uanus aristoteles. Timon quoque
sic illum agit. Neque aristotelis uaniloquiis miserandis.
Hęc uita philosophi fuit. Caeterum nos ipsius quoque testamenta
legimus in hunc ferme modum. Bene quidem ac rite erit.
Quod siquid contigerit: ita legauit aristoteles. Curatorem quidem
omnium: & per omnia esse iussit antipatrum. Quoad uero nica-
nor adulescat: curatores ac tutores instituit. aristomenem:
timarchum: hipparcum: diotelem: & theophrastum si uo-
luerit. ac possibile sibi fuerit: filiorum & herpyllidis rerumque om-
nium. Cumque puella fuerit matura uiro: tradi illam nica-
nori. Si uero puellę quippiam contigerit quod absit: uitaque
priusquam connubio iungatur. siue & postquam nupserit antequam
filios procreet excesserit nicanor esto dominus. ut & de pue-
ro & de caeteris digne nobis ac se disponat. Curet autem ni-
canor & de puella & de puero nicomacho nihil ut illis de-
sit. patris ac fratris una implens munus. Quod si & nicano-
ri quippiam contigerit quod absit: siue priusquam puellam du-
xerit: siue postquam duxerit: nondum filiis natis: quę quidem
ille instituerit ea rata sunto. Sin autem uoluerit: & theo-
phrastus puelle curam habeat. Sin alias habito cum antipatro
consilio & de puella & de puero disponat ut eis uidebitur
optimum. Curam habeant tutores & nicanoris mei atque
herpylidis memores. Namque erga me studiosa plurimum
fuit caeterorumque omnium. Et si uirum accipere uoluerit
curent ne indigne nobis locetur. denturque illi praeterea quae
antea acceperat de nostra substantia. talentum argenti. tresque
si uoluerit famulas: & ancillam quam habet & pyrreum puerum.
Ac siquidem in calcide habitare uoluerit. hospitium quod pe-
nes hortum est. Sin autem in stagiris paternam domum. Utrum
uero horum maluerit: studeant procuratores domum ita
necessaria supellectili instruere: ut & sibi honeste & herpy-

lidi sufficienter instructa uideatur. Cure sit autem nica
nori: & myrmitem puerum nõ indigne nob ad suos re
ferri: cum eius quam coepimus facultatib;. Sit aũt &
ambracida libera: cumq; puella uiro tradetur: quinge
tas illi dragmas ancillamq; quam hab&: dari iubeo.
S ed & thalę praeter ancillam quam hab& emptam drag
mis mille & ancillulam. Simo quoq; absq; priore pe
cunia in puerum alium: siue puerum emi siue pecunia
dari. Taconem ẽẽ liberum cum puella nupserit. phi
lonemq; & olympum eiusq; filiolum. Porro eorum qui
mihi famulantur puerorum nullum uenire uolo: sed
heredes eis uti. Cum uero adulti erũt: promerito di
mitti liberos uolo. Cur& item ut consumment quae gryl
lioni sunt tradite exculpende imagines. Vbi uero per
fecte erunt suis imponantur locis. Nicanoris quoq; ac pro
xeni quam sculpendam cogitabam: matrisq; nicanoris.
arimnesti uero quae pfecta est: suo statuat loco ut sit ipi
monumentum quia sine liberis defunctus ẽ. Matrisq;
nr̃e cererem innemea loc& ubicumq; uidebitur. Vbi uõ
tumulum fecerit. ibi & pithiadis sublata ossa condat sic
ipa praecepit. Sistat & seruatus nicanori uotum ꝙ pro il
lo uouimus animalia lapidea cubitorum quatuor ioui
seruatori: ac minerue seruatrici stagiras. Hec testamento
rum ipius series fuit. Fertur autem ollas plurimas repta(s)
esse. Lyconemq; dicere illum in pelui calentis oley lauari
solitum. oleumq; uenundare. Quidam utrem calentis oley
stomaco illum ponere consueuisse tradunt. & cum se ad
quiescendum componer& aeream speram tenere manu pa
tella subiecta: eo consilio: ut cum dormientis manu ex
cussa spera in subditum aereum uas detuliss& sono illum
excitus excurger&. Eius ẽẽ preclaras istas sententias legi
mus. Interrogatus quidnam mendaces lucrarent: ut cum
uera inquit dixerint: nõ illis credatur. Cum sibi probro da
retur: quod neq̃ homini misericorditer opem tuliss&: nõ
inquit mores miseratus sum sed hominem. Amicis ac di
scipulis iugiter ista consueuerat dicere ubicumq; moraretur.
A spectus quidem a continenti aere lumen accipit. animus
autem a disciplinis liberalibus. Saepenumero cum athe
nienses inueheretur: aiebat illos frumenta & leges inuenisse.

uerum frumentis quidem uti : non autem legib; . Studi-
orum liberalium amaras radices : fructus autem dulces ēē
asserebat . Rogatus quidnam cito consenesceret grā in-
quit . Quid sit spes : uigilantis ait insomnium . Dio-
gene sibi caricam dante cogitans nisi acciperet usum ēē
meditatum : sumens diogenem ait cum carica usum .
R ursus abeo porrectam accipiens : atq; puerili more in sub-
lime eleuans : cum dixisset magnus diogenes : eam illi red-
didit . Tria dicebat pueris ēē necessaria : ingenium : exer-
citationem : disciplinam . Audierat aliquando se a quo-
dam maledictis esse lacessitum : tum ille inquit absen-
tem & uerberet . Dicebat pulchritudinē plusq̄ epistu-
las omnes ualere ad commendationē . Plerique dioge-
nem ita statuisse asserunt . ip̄m autem donum formē
dixisse : socratem uero modici temporis tyrannidem
platonem nature priuilegium . teophrastum tacitam
deceptionem . theocritum uero eburneum detrimen-
tum carneadem regnum solitariū . Rogatus q̊ differ-
rent docti ab indoctis . quo inquit uiuentes a mortuis . Erudi-
tionem dicebat inter prospera ēē ornamentū inter ad-
uersa refugium . Parentes q liberos erudiendos curasset :
longe honorabiliores ēē his : qui solum genuissent . hos
enim uiuendi tantum : illos etiam bene beateq; uiuen-
di auctores ēē . Glorianti cuidam quod magnē ēēt urb
ciuis . noli inquit hoc attendere : sed an dignus sis ma-
gna & illustri patria inspice . Rogatus q sit amicus .
V na inquit anima in duob; corporibus habitans . homi-
num plerosq; dicebat ita esse parcos : ac si semp uictu-
ros alios tam prodigos : ac si continuo morituros . Per-
contanti quur honestate formae praestantib; diuitiis co-
gredimur caeci inquit huiusce interrogatio ē . Rogatus q
ex philosophia lucratus fuisset . hoc inqt ut iniussu ea
faciam quae plaeriq; p legem metum operantur . Inter-
rogatus quo pacto discipuli egregie proficerent : si ex-
cellentiores ait p̄sequentes tardiores nō attendant . Loq̄ci
homini cum illum improbe probris multis obtudisset :
dicenti num te satis obtudi : hercules inquit nō tibi
animum intendi . Causanti quur stipem nō bono hōi
dedisset fertur enim & sic nō inqt homini dedi sed hu-

manitati · Rogatus erga amicos quales ēē debeamus: q̄les
inquit eos erga nos ēē optamus · Iustitiam dicebat uir
tutem animi cuiq; secundum moerita distribuentem
D isciplinam aiebat optimum ēē uiaticum ad senectutem ·
R efert fauorinus in secundo commentarioꝝ illum craebro
dicaere solitum o amici amicus nemo · Et ista quidē
ad illum referuntur · Conscripsit autem & complura uo
lumina quae ut summa ingenii illius uis ac praecipua
circa omne orationis genus exercitatio clarius eluceat:
s[u]bnectenda necessario existimaui · De iustitia libros · iiii ·
De poetis · iii · De philosophia · iii · Politici · ii · De rhetorica
gryllus unum · Nerinthus unum · Sophista menexenus
unum · Amatorius unum · Symposium unum · De diui
tiis unum · Exhortationum · i · De anima · i · De oratione
unum · De nobilitate unum · De uoluptate unum · Ale
xander siue de colonis unum · De raegno unum · De doc
trina unum · De bono · iii · De platonis laegibus tres · De
re · p · duos · De economicis unum · De amicitia q̄d sit pa
ti siue passum esse unum · De disciplinis unum · De his
quae in contentionem cadunt · ii · Solutiones eorum
quae in contentionem ueniunt · iiii · Diuisiones sophi
sticę · iiii · De contrariis unum · De generib; & speteb;
unum · De propriis unum · Commentariorum epichi
rematicorum · iii · Praepositionis de uirtute tres · Ob
iectione · i · De his quae quot modis dicuntur siue se
cundum propositum · v · De elementis · iii · De scientia
unum · De perturbationib[us] ire · i · Moralium · iiii · De
principio · i · Diuisiones · xvii · Diuisibilium · i · De inter
rogatione & responsione · ii · De motu propositiones
unum · Propositiones contentiose · iiii · Silogismi · i ·
P riorum analyticoꝝ maiorum · viiii · Posteriorum ana
lyticoꝝ maiorum · ii · De quaestionib; ad disciplinā
ptinentib; · viii · De meliore unum · De idea unum
T erminí topicoꝝ · vii · Silogismoꝝ · ii · Syllogisticoꝝ & dif
finitiones · i · De elegibili & accidenti · i · Antelocos unū
T opicoꝝ ad diffinitiones · ii · Perturbationum · i · Diuisibi
lium unum · Mathematicus unum · Diffinitiones · xiii · Epichi
rematum · ii · De uoluptate · i · Propositionū · i · De uolunta
rio · i · De pulchro · i · Quaestiones epichiretice · xxv · Questiōes

de amicitia .ii. Quaestiones de anima .i. Politicorum .ii. Po-
liticae sicut theophrasti .viii. De iustis .ii. Artium collec-
tio .ii. Artis rethorice .ii. Ars .i. Alia ars .ii. Moethodicum
unum. Ars theodecti collectionis .i. Artis poeticae lib. .ii.

E nthymemata rethorica de magnitudine .i. Enthymema-
tum divisiones .i. De dictione .ii. De consilio .i. Collectio-
nis .ii. De natura .iii. Phisicon .i. De architae philosophia .iii. De
speusippi xenocratisque philosophia .i. Ex timeo architaeque disciplinis
sumpta .i. Adversus melissi dicta .i. Adversus alci-
meonis dicta .i. Ad pythagoreos .i. Adversus gorgiam .i.
Adversus xenocratis opera .i. Adversus zenonis scita .i. De
pythagoricis .i. De animalibus viii. Anatomorum .viii. Elec-
tio anathomorum .i. De compositis animalibus .i. De fabulo-
sis animalibus. De non gignendo .i. De arboribus .ii. Physio-
gnomonicon .i. Medicinalia .ii. De monade .i. Signa tem-
pestatum .i. Astronomicon .i. Speculativus .i. De motu .i.

D e musica .i. Memoriale .i. Homericarum ambiguitatum .
vi. Poetica .i. Naturalium secundum elementa .xxxviii.
Inspectorum problematum .ii. Liberalium disciplinarum .ii. Me-
chanicus .i. Problemata ex democrito .ii. De lapide unum.
Parabole .i. Inordinata xii. Exposita per genus. xiiii. Iura
.i. Olympionice .i. Pythionice. Musices .ii. Pythicus .i.
Pythionicorum argumenta .i. Dyonisiae victoriae .i. De
tragoediis .i. Doctrine .i. Proverbia .i. Lex commendationis .i.

L egum .iiii. Praedicamentorum .i. De interpretatione .i. Res-
publicae urbium clviii. Seorsum quoque epistolae ad philippum. De po-
pulari paucorumque et optimatum et tyrannorum domi-
natu. Epistole ad philippum selimbryorum Epistole
ad alexandrum .iiii. Ad antipatrum .viiii. Ad mentorem
.i. Ad aristonem .i. Ad olimpyadem .i. Ad thephestionem
unum. Ad themistagoram .i. Ad philoxenum .i. Ad de-
mocritum versus quorum initium est. Sancte deum. Ele-
gie quorum est initium. Formosae matris. Fiunt versus
omnes .cccc xlv. cclxx. Hec librorum illius series hic
numerus est. In quibus quid agat summatim exponendum est.

D uplicem esse philosophiae rationem. Alteram versari circa actus: ap-
pellarique praticen. Alteram in intelligentia et speculatione
consistere: et theoricen dici. Ad actionem pertinere eticen:
et politicen. qua in parte cum de publica tum de familiari

re agi. Ad intelligentiam physicen logicenque referri. Porro
logicen instrumentum esse exactissimum. eius cum geminam
destinationem propositumque subiecisset: uerisimile scilicet ac uerum
ad utrumque duarum maxime rerum uiribus nititur. Nanque ad ue
risimile seu probabile oratoria et dialectica. Ad uerum autem
analetica et philosophia usus est. nihil omnino ommittens eorum quae
uel ad inuentionem uel ad iudicium: ut etiam ad usum per
tinerent. Enimuero ad inuentionis adminicula atque ad eas
res quae speculationi et arti inseruiunt: propositionum mul
titudinem tradidit. ex quibus quaestiones probabilium epichire
matum elicere affatim liceret. Porro ad iudicandum ana
lytica priora et posteriora conscripsit. prioribus assumptio
num iuditia permittens. posterioribus collectionis examen
tradens. Caeterum ad iudicandum ea quae sub certamen tra
dunt: queque interrogatione uersantur: et contentione
sophisticorumque argumentorum atque silogismi atque his
similia. Veritatis uero iuditium earum quidem quae
saecundum phantasiam sunt actionum: sensum diffini
uit. moralium uero ubi de re publica ac domestica ubi de legibus
agitur. mentem. Finem autem unum exposuit uirtutis usum
in uita perfecta. Foelicitatem ait plaenitudinem: ex tribus
maxime bonis constantem: eis scilicet quae in animo sunt.
quae et priora uiribus appellat. eis quae ad corpus attinent:
ut sunt bona ualetudo: fortitudo: pulchritudo: caeteraque
his similia: saecundo in loco habitis. Atque hisque extrinsecus
ueniunt: diuitiis felicet: nobilitate: et claritudine: atque
in hunc modum caeteris quibus et tertium locum assignauit.
V irtutem ad beatam uitam sibi minime sufficere dixit. quip
pe corporalibus bonis exterioribusque indigere: miseretque atque
infoelicem fore sapientem. siue doloribus afficiatur: siue inopia
et caeteris huiusmodi incomodis praematur. Vitia autem
ad miseram atque infoelicem uitam sufficere: quantumlibet
corporis affluat bonis: Virtutes ait non semuicem saequi. fieri
enim posse ut prudens quispiam ac iustus: idemque intem
perans atque incontinens sit. Sapientem non quidem perturbatio
nibus uacare pocitus: uerum perturbari modice dixit. Ami
citiam aequitatem esse diffiniuit reciprocae beniuolentiae
E ius tris species tradidit. Esse quippe aliam cognationis. ama
toriam aliam. tertiamque hospitalem. Amorem non modo con

graessionis: uoerum & phiae ee. Amaturumq: sapientie
atq: accessurum ad rem p. ducturumq: uxorem: & cum
rege una uicturum. Tribusq: generib' uite constitutis.
P rimo quod in speculatione: saequenti quod in actu. & ter-
tio quod in uoluptate consistit. Speculatiuu genus saep
praetulit. liberales disciplinas ad apprachensionem uirtu-
tis multum conferre saensit. In descriptione rer natu-
ralium praeter ceteros rationem maxime saecutus e. adeo
ut minimar quarumq: rerum reddiderit cas. Unde &
naturalium commentarior complura scripsit uolumina.
D eum sicut & plato incorporalem diffiniuit. eiusq: pro-
uidentiam ad caelestia usq: pertingere. ipm uero immo-
bilem esse. Porro terrena omnia ad caelestiu congrue-
tiam ordinemq: disponi. Praeter elementa ista qua-
tuor: ee & quintum aliud ex quo caelestia consistant.
eiusq: motum quippe orbicularem ee uarium. Animam
item incorpoream. primamq: ee enthelechiam. Corpo-
ris nempe natural & organici potentia uitam hntis. Est
autem ea iuxta illum duplex. Enthelechiam uoero ap-
pellam; cuius sit species quaedam incorporea. Altera ex
his quidem saecundum potentiam. ut e mercurius in cera
informis quidem. sed idoneus ad percipienda lineam-
ta. sic item in aere statua. Secundum uero habitum
entelechia dicitur consummate ac pfecte mercurii sta-
tuae. Natural autem corporis dixit. nam sunt corpo-
ra alia quidem manu & arte elaborata ut sunt que
ab artificib: fiunt. puta turris atq: nauis. Alia uoero
sic a natura prodeunt ut arbores & animalium corpora
P orro organici dix. hoc e ad aliquit parati: & condin.
ut e ad uidendum oculus. aurisq: ad audiendum. Vir-
tute autem uitam hntis. ut puta in se ipo. Virtute au-
tem siue potentia minus e q saecundum actionem
S ecundum actionem autem. ut uigilans hre animam
dicitur. Saecundum habitum aut: ut dormiens. Ut
igitur & hic intelligatur: adiec potentia. Plurima &
alia de plurimis in hunc modum phatus e: quae
p longum ect numerare. Cunctis enim in rebus
summo studio atq: industria fuit. inuentionisque
incraedibili copia uiguit. ut ex his quae supra

adnotauimus ipius uoluminib' constat quae ad qua
dringentorum numerum fere ptinuint deq͡uib; s. ni
hil ambigitur. Nam sunt & alia complura quae ipi
inscribuntur uolumina atq; sententiae. Verum eni
octo fuere Aristoteles primus ipe hic. Secundus q
athenis rem p. administrauit. cuius & iudiciales le
guntur plaene gratia & aelegantia orationes. Tertius
qui in iliadem homeri scripsit. Quartus siculus ora
tor qui ad panegyricum isocratis rescripsit. Quintus
qui cognominatus ē mythus aeschinis socratici ne
cessarius. Saextus cirenaicus qui de poetice scripsit.
S eptimus pedotriba cuius meminit Aristoxenus in pla
tonis uita. Octauus grammaticus obscurus & ignobil
cuiu' de pleonasmo ars legitur. huius autem stagi
ritę phi complures quidem fuere discipuli. Sed om
nibꝫ maxime excelluit theophrastus de quo nūc
dicendum ē̄.

THEOPHRASTVS.

THEOPHRASTVS melanta ereſius: ut athe
nodorus in octauo deambulationum ait ful
lonis filius. Primo quidem in patria leucip
pi cuius fuit auditor fuit. Ide cum platone
audisset se ad aristotelem contulit. Eo item in calcade;
profecto: illi in schole regimine successit. Olympiade
cxiiii. Fertur ipius quoq; seruus pompil' nomine phs fuis
se: ut refert Maronianus mastrianus in primo similium
historicorum capitulorum. Fuit autem theophrastus uir
summę prudentię studiiq. singularis. atq; ut scribit pam
phila in xxxii commentariorū libro: menandrum ipse
comicum instituit. Erat item beneficus inprimis & maxie
affabil'. Eum cassander suscaepit. ptolomeus q; ad illū;
misit. Adeo autem atheniensibꝫ acceptus fuit ut cum
illum agnonides impietatis accusare ausus ēēt: parum ab
fuerit quin ipē ob eam rem crimen ipm in se retorqueret.
P ergebant ad illum audiendum discipuli ad duo milia.
H ic in epła ad phaniam pipateticum inter caetera de iudicio
quoq; ista locutus ē. Nedum enim fraequentiā caelebrē:
uerum ne consessum quidem facilem: eiusmoi q̄spiam
accipere uult. Porro recitationes emendationis auctores st.

D ifferre autem cuncta atq; negligere nō iam ferūt aetates. In-
ea epla scholasticum nominat. Cum tn̄ esset huiusmōi: se-
cessit admodum: & ipe & phi omnes reliqui. Quippe sopho-
cles amphiclide filius legem tulerat ut ne quis phorum prae
eēt scholę: nisi id saenatus ac plaebes decreuisset. Qui sae-
cus faceret capitale eēt. Verum saequaenti anno denuo reuisi
sunt. cum a philone sophocli dies dictus eēt. Quo tempo-
re athenienses ea lege abrogata. sophoclem talentis quinq;
multarunt: decreueruntq; phis reditum ut & theophrastus
remearet scholamq; ut antea regeret. Eum cū antea tyrtamo
illi nomen eēt: ob diuinam elocutionem: Aristoteles theo-
phrastum appellauit: cuius & filium nicomachum magister
licet amauit ut aristippus inquarto deantiquis delitiis me-
minit. Fertur Aristoteles de theophrasto & callisthene
idem qđ de se ac xenocrate plato ut praediximus dixe-
rat dixisse: qđ hic scilicet pro excellenti acumine in-
genii cuncta facillime adsequeretur. & exponeret. Ille
contra tardus & obtusus eēt ingenio. hunc fraeno: illū
egere calcaribꝰ. Dicitur & hortum post aristotelis deces-
sum possedisse: demetrio phalereo familiari suo in hoc
sibi cohoperante. Nobiles & huius st̄ ille sententiae. Ci-
tius dicebat credendum infraeni equo q̄ uerbo incōposi-
to. Adillum qui in conuiuio poenitus tacebat siqdem
inquit imperitus es prudenter facis: sin uō peritus stoli-
de. habebat illud semper in ore. Sumptus praetiosissimꝰ
tempꝰ ē. Obiit saenex aetatis anno. lxxxv cum modi-
ce alabore quieuisset. Aiunt illum cum rogaretur a
discipulis: num quippiam illī mandare uellet. dixisse
nihil quidem quod imperaret se habere: nisi q̄ multa
dulcia gloriae obtentu uita mentitur. Nos enim cum
uiuere incipimus tunc morimur. Nihil enī est inanī-
amore gloriae. Sed este felices. uerbumq; istud haud ob
mittite. grandis enim labor ē aut illi intendite magna
enim inde gloria prouenit. Porro uitae uanitas amplior
q̄ utilitas ē. Verum mihi qdem nō iam q̄ agendum
sit consulere suppetit. Vos autem q̄ faciendum erit deli-
berabitis. Ista dicentem exalasse animam tradunt. Eum
uero ut fama ē: athenienses pedibꝰ omnes prosecuti pu-
blice honorauerunt. Refert fauorinus illum iam uetulu

lectica circumferri solitum: idq: dicere hermippum eiq:
id ex archilai pitanei historia sumpsisse. inter ea uerba q
ad lacydem cyrenensem habuit. Reliqt autem & ipse inge-
nii sui complura monumenta & ipa autem dignissima su
arbitratus quae hic notarem. Sunt autem ista. Prioꝝ
analeticorum .iii. lib. Posteriorum analyticorum .li. vii.
De solutione sillogismorum .i. Analticoꝝ epitome .i. De-
ductorum locorum .ii. Speculationis eoꝝ que circa conten
tiosam orationem uersantur. De sensib: .i. Ad anaxago
ram .i. De anaxagora .i. De anaximene .i. De archelao .i.
De sale nitro aluminis. De his que durantur i lapides .ii.
De inuisibilib' lineis .i. Anditionis .ii. De uentis unum.
Virtutum differentiae .i. De raegno .i. De regis instituto unu
De uitiis tiaes .iii. De saenectute .i. De democriti astrologia .i.
De his quae in sublimi fiunt .i. De imaginib' .i. De sucis:
cute & carnib; unum. De diacosmo .i. De hominib; .i.
Dictorum diogenis collectio .i. Diffinitionum .iii. Ama-
torius .i. Alius de amore .i. De foelicitate .i. De speciebo .ii.
De caducis .i. De afflatione dei .i. De empedocle .i. De epi
chirematib; .xviii. Controuersiaꝝ .iii. De uoluntario unu
Abreuiatio rei p. platonis .ii. De diuersitate uocis animaliu
eiusdem generis .i. De his quae subito apparent .i. De his
que morsu & mulieri pat .i. De animalib; quae que
inuidere dicuntur .i. De his que in sicco morantur .i.
De his que colores inmutant .i. De his quae latibula &
fossas faciunt .i. De animalib; .vii. De uoluptate sicut
aristoteles .i. Alius d uoluptate .i. Quaestiones .xxiiii.
De calido & frigido .i. De uertigine & obtenebratione .i.
De sudore .i. De affirmatione & negatione .i. Calisthe-
nes siue de luctu .i. De laborib; .i. De motu .iii. De lapi-
dib: unum. De pestilentiis .i. De examinatione .i. Mega-
ricus .i. Megaricus .i. De atrabile .i. De metall .ii. De mel
le .i. De metrodori collectis .i. De aereis .ii. De ebrietate .i.
Legum secundum aelementa .xxiiii. Legiferoꝝ .iii. Polti
con ad tempora .iiii. De optima re p. Problematum
collectionis .v. De prouerbiis .i. De concretionib' & liq-
fationib; .i. De igne .ii. De spiritib' .i. De paralisi unum
De suffocatione .i. De amentia .i. De passionib: .i. De no-
tis .i. Sophismatu .ii. De silogismoꝝ solutioe .i. Topicoꝝ .ii.

legu epitome .x.
Ad diffinitiões .i.
De odoribus .i.
De uino & oleo primuꝝ ppo .i.
politico .vi.
Ciuiliu consuetudinu .iiii.

De cruciatu .ii. De pistu unum. De tirannid unum. De aq.
iii. De somno & insomniis. De amicitia .iii. De liberalita
te .ii. De natura tres. De naturalib. xviii. De naturaliũ abre
uiatione .ii. Naturalium octo. Aduersus phisicos .i. De na
turalib; historiis .x. Naturalium causarum viii. De hu
morib; .v. De mendatio uoluptatis .i. De aĩa questio .i. De
indubitata fide .i. De simplicib; dubitationib; .i. harmo
nicon .i. De uirtute .i. Occasiones siue contradictiones .i.
De negatione .i. De sententia .i. De gellio .i. Aliis de ri
diculo .i. Meridianorum .ii. Diuisiones .ii. De differentiis
.i. De iniuriis .i. De callumnia .i. De laude .i. De peritia .i.
Epistularum .iii. De fortuitis animalib; .i. De selectione .i.
Laudes deorum .i. De solemnitatib; .i. De foelicitate .i. De en
tymematib; .i. De inuentis .ii. Scolarum moralium .i. Mo
rales figure. De tumultu .i. De historia .i. De iudicio sy
logismorum .i. De mari .i. De assentatione .i. Ad cassandrũ
de regno .i. De comedia .i. De meteoris .i. De dictione .i. Ver
borum collectio .i. Solutiones .i. De musica .iii. Naturaliũ
opinionum xvii. Naturalium epitome .i. De gr̃a .i. Mora
les figure .i. De falso & uero unum historia eorum quae
de deo dicantur .iii. De diis .iii. De mensuris .i. Megades.
* De iniqs legib: .i.

iiii. De legib; .i.* Xenocraticorũ collecte .i. Confabulationis .i.
De iuramento .i. Oratorie precepta .i. De diuitiis .i. De
poetica .i. Problemmata ciuilia naturalia amatoria mo
ralia .i. Prouerbiorum .i. Problemmatum collectio .i. De
problemmatib; naturalib; .i. De exemplari .i. De proposi
tione & narratione .i. De poetica alius .i. De sapientib; .i.
De consilio .i. De soloecismis .i. De arte oratoria .i. De artib;
oratoriis species vii .i. De simulationib. .i. Cõmentariorum
aristotelicorum siue theophrasticorum .vi. Hystoricorum geome
tricorum .iiii. Epitome aristotel. de animalib; vi. De diis epi
cherematum .ii. Quaestiones .iii. De raegno .ii. De causis .i.
De democrito .i. De calumnia .i. De generatione .i. De anima
lium prudentia & more .i. De motu duo. De uisu .iiii. Ad
terminos .ii. De eo q̃d est dari .i. De maiore & minore .i. De
musicis .i. De diuina foelicitate .i. Ad eos qui erant ex acha
demia .i. Exhortatorius .i. Quo pacto ciuitates optime
ĩ habitentur .i. Commentaria .i. De riuo q erat in sicilia .i.
De concessis .i. De problemmatib; naturalib; .i. Qui sint

modi sciendi .i. De falso tres. Ante topica .i. Ad aeschilum
.i. Astrologice historie .vi. Arithmeticarum historicarum
de augumento .i. Acicharus .i. De iudicialib; oronib; .i. De
calumnia .i. Epistole astycreontem. phaniam & nicano-
rem. De pietate .i. Euadis .i. De temporib; .ii. De suis
orationib; .i. De liberis educandis .i. Alius de eadem re
.i. De disciplina siue de uirtutibus siue de frugalitate .i.
Exortatorius .i. De numeris .i. Diffinitiones de dictione
sylogismorum .i. De celo .i. Politici .ii. De natura de fruc
tibus & de animalib;. Tanta & ab hoc uolumina ela
borata sunt. Legi autem & ipsius testamentum in hec
uerba. Bene quidem ac rite ualebimus. Caeterum &
siquid secus contigerit: ista dispono. Domesticam omnẽ
supellectilem melanti & pancreonti leonis filiis trado.
Porto ex his quae ab hypparco suppeditata sunt. ista m̃
fieri uolo. Que circa scolam sunt atq; spectacula pfici
ut siquid circa ea possit in melius ornari. Dehinc Ari
stotelis imaginem in templo collocari ac donaria reliqua
queq; in templo antea erant. Deinde porticum quae se
cundum scholam erat exhedificari: proprie nõ deterio
rem: tabulasq; in quib; orbis situs ẽ in inferiore porti
cu reponi. Aramq; construi ita ut neq; pfectio neq; ho
nestas desideretur. Volo autem & nicomachi ymaginẽ
equalem pfici. Opus quidem praxiteli ĩ iunctum est.
Reliqua uero impendia ab eo fieri. Statui autem illam in
beo ubicunq; illis uisum fuerit quibus cura erit rerum ce
terarum quiq; testamento inscripti sunt. Ac de templo q;
ac donariis in hũc modum statuo. Fundum uõ quẽ
stagiris habemus callino lego. librosq; omnis neleo.
Hortum autem & deambulationem aedesq; omnes hor
to adiacentes amicis lego: quiq; uoluerint in eo uacare lit
care litteris atq; simul phari. quandoquidem possibile nõ
ẽ hominibus omnibus saemp adẽẽ. Ea tamen lege ut
neq; illum alienent: neque ut proprium quisq; possideat
sed ueluti sacrum quiddam communiter ab omnib; possi
deatur. quique se inuicem amice ac familiariter utant
sicuti congruum ac iustum ẽ. Sint autem qui illo cõti
nentur: hipparcus. neleus: crato. callinus: demotim.
demaratus. callisthenes: melantes. pancreon & nicippus.

L icere autem si phan uelit & Aristoteli phidię pytiadisq:
filio horumq: ēē participem: ipiusq: curam diligentissiē
hrē maiores natu ut q̄ maxime ad phiam instituatur.
nosq: sepelire in horti parte quę eis maxime uidebitur.
nihil supfluum circa funus tumulum ue faciendo. Vt
autem dictum ē. post ea quę circa nos contigerunt: cū
fanum & monumentum: & ortum & ambulacrum
reparata & refecta erunt una & pompilum huc q illum
habitat æra curare uolo: aliarumq: rerum quā prius cu
ram habere: illiusq: commodis prospicere q ista hn̄t.
P ompilo autem ac threptę dudum liberis: q magno nob
usui fuerunt: siquid a nobis praestitum ē & quęque illi
aq fuerit. et q nunc ill ab hiparcho dari constitui. dragmas duomilia
tuto ac firmiter hęc illis possidenda censeo sic & ipis
melante & pancreonti sepius dixi cunctaq: mihi annu
erunt. Do autem illis & somatalem & ancillam. Expue
ris autem molonem quidem & cimonem & pmenon
tem iam nunc liberos dimitto. Manem uero & calliam
cum annos quatuor in horto pseuerauerit cooperantes &
sine peccato inuenti fuerint liberos dimitti iubeo Dome
sticę uero supellectil cum popilo quantū usum fuerit
actorib; sufficere datum fuerit. quod relquum erit ue
nire. Demoumo cariona do: donacemq: neleo. Eubo
um uenundari placet. Dabit autem hipparchus calli
no dragmas tria milia. Melanti uō & pancreonte nisi
hipparchum intueremur & antea nob fuisse putilem
& nunc in suis rebus magnum ptulisse naufragium:
mandaremus profecto: ea cum melanto & pancreonte pa
gere. Quoniam uero nō illi facile fore animaduerti:
cum ill una exequi: comodiusq: ill ēē arbitratus sum
sid ab hipparcho constitutū acceperint. Dabit aūt hippar
chus melanto & pancreonti utriq: talentum: Datur
& curatorib; ad ea quae in testamento scripta sunt per
ficienda: sumptus necessarios suisquosq: temporib. Que
cum impleuerit omnia absolutus erit ac liber a debi
to omni & omnib; que contraxerat meo cum instru
mentis. Qd siquid meo nomine hypparco in calcid
prouenit emolumenti: hoc totum erit ei. Curatores aūt
earum rerum quae testamento inscripte st. hi erunt.

hipparchus.

hipparchus : neleus : strato : Callinus : demotimus : calisthenes : ctesarchus . Porro testamenti exemplaria theophrasti anulo signata : apud hegesiam condita sunt . hipparchi testes Kallippus . pellaneus : philomelus : euonymeus : lysander . hybeus philon alopecensis . Testamentum alterum accepit adimantus . Tulit autem androstenes filius lysistratus phidonis : thasius . straton archesilai lampsacenus . thesippi afigut . Dioscorides . dyonisii epicephisius . Hec series testamentorum illius fuit . Sunt qui dicant erasistratum medicum huius fuisse auditorem & fortasse verum est . Successit autem illius schole straton .

thesippi — testes autem est desunt

STRATO archesilai filius lampsacenus : cuius in testamento mentionem facit theophrastus : uir eloquentissimus fuit . Phisycus autem idcirco appellatus est . quod in ea speculatione pre ceteris diligentissime uersatus sit . Fuit autem & preceptor ptolomei philadelphi a quo talentis . lxxx . donatum aiunt . Enimuero scholam regere incoepit : ut appollodorus in cronicis refert olympyade . c xxiii . eamque annos duo de . xx . tenuit . Feruntur eius de regno libri . iii . De iustitia tres . De bono . iii . De diis . iii . De magistratibus . iii . siue . ii . De uitiis . i . De foelicitate . De regia philosophia . De fortitudine . De inani . De celo . De spiritu . De natura humana . De generatione animalium . De concubitu . De somno . De insomniis . De uisu . De sensu . De uoluptate . De coloribus . De morbis . De iudiciis . De uiribus . De metallas machinis . De fame & obtenebrationibus . De leui & graui . De afflatione . De tempore . De cibo & incremento De animalibus de quibus dubitatur . De fabulosis animalibus . De causis . Ambiguorum solutio . locorum principia . De accidenti . De termino ut diffinitione quid sit magis & minus De iniusto . De priore . & posteriore . Inuentorum elenchi . ii . De commentariis ambigitur . Epistole quarum est initium : S trato arsinoe . s . cccc l . hunc aiunt adeo fuisse tenuem ut sine sensu moreretur . Fuerunt autem stratones octo . Primus isocratis auditor . Secundus hic ipse . Tertius medicus erasistrati discipulus . siue ut quidam aiunt alumpnus . Quartus historicus philippi atque persei qui aduersus romanos

pugnauerunt gestorum scriptor. Sextus poeta epigramatu
[S] eptimus antiquus medicus ut ait aristoteles. Octauus
peripateticus q uixit alexandrie. Porro physici istius ferunt
testamenta in hunc modum. Ista sic patiar dispono Ea
quidem quae domi sunt lampyrioni: & archesilao relin
quo omnia. Porro ex poecunia quam athenis hto: pri
mum quidem curatores iusta & quae post funus fieri so
lemne est diligenter curabunt. nihil neq: superflue neq:
inliberaliter agentes. Erunt aut testamenti curatores oly
picus: aristides. mnesigenes hyppocrates: epycrates. gor
gilus: diocles. lycon athanes. Scholam quidem lyconi re
linquo. Namq: alii sunt uel seniores t occupati. Recte
autem facient reliqui si hoc ipm suo iuditio firmauerit
libros illi omnis praeter q' quos ipi scripsimus relinquo
uasaq: omnia conuiuii: stramentaq: & calices. Dent aut
epicrati curatores dragmas quingentas & unum ex pueris
quemcumq: archesilaus iudicabit. Primu quidem lam
pyrion & archesilaus pacta tollant quae pro irao daipp'
statuit. nihilq: debeat. neque lampyrioni: neq: lampy
rionis heredibus sed liber sit ab omni cyrographo. Detq:
sibi curatores dragmas quingentas & ex pueris unu que
cumq: probarit archesilaus. ut his qui nobiscum multum
laborauit: magnoq: nob usui fuit. habeat un uiuere ho
neste possit. Diophantum praeterea dimitto liberum:
& dioclem & abum. Simiam autem archesilao reddo.
[S] ed & dromonem liberum relinquo. Ubi uo archesilaus
aduenerit computet iraeus cum olimpicho & pirrate cae
terisq: curatorib; funeris aliorumq: solemniu sumptus.
Qd autem pecuniae reliquu erit: accipiat arcesilaus abo
lympicho. nihil illi molestus existens p tempora & annos.
[T] ollat autem & pacta arcesilaus quae composuit strato cu
olimpico & amınta: condita poenes philocratem tisameni
filium. Monumentum uo faciant ut uidebitur arcesilao
& olympicho atq: lyconi. Atq: hic quidem ut fertur testa
menti illius testis fuit. sic ipm collegit aristo ipius necessa
rius. Caeterum strato ipe sicut & supra declaratum e uir
insignis & maxime amplectend' fuit in omni orationis spe
tie uersatus. sed physice maxime studiis excellens. Quod
genus & antiquius e & multorum praeclara ingenia exercuit

S uccessit huic lycon.

LICON

L LICON astinactis filius troadensis uir eloquẽs
educandis instituendisq: pueris maxime idoneus
fuit. Aiebat enim adiungi necessario pueris
pudorem & laudis studium. uelut equis cal
car atq: frenum. Porro ipsius elocutio & interpretationis
copia hinc apparet. Ait enim in uirgine pauperem hoc m̃
Graue honus ẽ patri puella: prae dotis inopia excurrens in
flore aetatis. Vnde & antigonum de illo hoc dixisse ferunt.
Possibile non ẽẽ suaue olentiam unguenti mali atq: gr̃a
aliorsum transferri. Sed in ipõ homine ueluti in arbore
singulaq: dicerentur oportere inspici. Id autem id circo
quia in dicendo: quo circa plures ipius nomini gama ad
iciebant erat suauissimus ut esset glycon: q̃ dulcedinem
sonat. Porro in scribendo dissimilis erat sibi. In hos uõ
qui quoniam dum tempus ẽẽt non didicerant peniten
tia macerabantur idq: reuocare cupiebant: in hunc mo
dum iocabatur. Dicebat ita quaerentes poenitentiamq: ua
nam ostendentes: uoto impossibili se ipos arguere. Qui
autem id uellet: merito aiebat excidisse ratione: ueluti
distorta regula naturam recti examinantes seu faciem p̃
bata aqua uł speculo pũerso. atq: ad forensem quidem coro
nam complures proficisci uerum ad olympicam aut pau
cos aut neminem. Saepe atheniensib; consulens. magno
ill' emolumento fuit. Erat uero mundissimus habitu
adeo ut uestium incraedibili mollitie ac nitore uteretur
ut hermippus refert. Sed exercitatissimus ac robusto cor
pore effectus ẽ. omnemq: athletarum habitum prae se
ferebat cum auctore antigono caristio antea fractiori &
graciliori esset corpore. Quo circa & in pr̃ia luctatus fert
more patrio atq: pilae se ludo exercuisse. Erat autem attalo
& eumeni inprimis carus atq: inter paucos amicissimus.
q & illum saepenumero regia magnificentia donabant.
T emptauit & antiochus illum hr̃e apud se sed spe sua dsti
tutus ẽ. Adeo autem inimicus erat hieronymo pipatetico
ut solus anniuersario die ad illum nõ proficisceretur Deq̃
in arcesilai uita diximus. Porro schole principatum tenuit
annos xxxxiiii. cum illum sibi successorem intestamto

strato raeliquit & olympiade cxxvii. Panchaedi q: dialec
tici auditor fuit. Obiit autem annos natus. lxxiiii. fessus
podagre morbo. Fuerunt & alii lycones. Primus pithagori
cus. Secundus hic ipse. Tertius versificator. Quartus epigra
matum poeta. Huius quoq: phi testamentum huiusce re
perimus. Ita equidem dispono de reb' meis. Siquidem hunc
morbum ferre nequivero: ea quidem quae domi sunt omnia
astyanacti & lyconi fratribus do. Atq: ex his oportune red
dendum censeo queq: athenis possedi. a quovis sumpta sive
exacta. & queque in funere ceterisq: solemnib; impensa
fuerint. Quae vero in urbe & aegina habeo: lyconi praecipue do
quod is nomen ferat nostrum mecumq: diutissime atq: gra
tissime sit commoratus sic dignum erat. quippe qui filii tene
bat locum. Porro peripatum amicis ac necessariis linquo:
bulloni: callino: aristoni: amphioni: lyconi. pythoni. Ari
stomacho: heraclio: licomedi lyconi fratueli. Praeficiat
autem ipsi quecumq: permansurum in schola maximeq: uti
lem futurum existimaverint. Eis vero consentiant & re
liqui familiares & mei loci gratia. Caeterum funus & adu
stio curae erit bulloni & callino & amicis caeteris uti ne
illiberal neu superflua sit. Eas vero quae mihi erant in
aegina partes post decessum meum dividat lycon adule
scentib; in usum olei ut ex eo & mei & eius qui me honora
vit congrua memoria sit. statuamq: aeream locet eo loco
ubi convenienter eam stare perspexerit. Cooperetur una aut
& diophantus & heraclides demoetrii filius. Ex his aut
quae in urbe sunt reddat lycon omnib; que predixi.
praesens post ipius discessum. sequantur autem bulon &
callinus & quaecumq: in funere ac solemnib; ceteris impe
sa fuerint. Tollatq: ea ex his quae ambob' communiter a me
relicta sunt. honoret item & medicos pasithemim & mi
diam. dignos profecto magno & honore & pretio: ob
summam in me diligentiam & artem. lego & callini filio
pateras duas: uxoriq: illius geminas bullas tapetasq: alte
rum villosum alterum purum & peristroma: & duo pulvi
naria que sint ex omnib; optima. ut quantum ad hono
ris rationenem: ne istorum quidem obliti videamur. De
his autem qui mihi servierunt sic statuo. Demoetrio quidem
iamdiu libero redemptionis pretium remitto & quinque

minas do. & pallium & tunicam ut qui mecum diu &
multum laborauit honeste uitam degere possit. Critoni
autem calcedonensi similiter redemptionis praecia relaxo:
& minas quatuor item dari iubeo. Paruulum quoque liberum
dimitto. eumque lyco nutriat. & annos sex erudiat. Cha
retem similiter dimitto liberum. nutriatque illum lycon:
duasque illi minas do & libros meos relectos. Eos uero qui
nec dum editi sunt: callino ut illos edat diligenter do.
S ed & syro libero minas quatuor lego & menedoram do.
& siquid mihi debet relaxo. hilarae item quinque mi
nas & tapetem uillosum & duos puluinos & pistroma
& lectum quemcumque uoluerit. Liberam item dimitto
micri matrem & nemonem & dionem & theonem &
euphranorem & hermiam & agatonem ubi biennii tempus
impleuerit: dimitti liberum iubeo. Ophelionem quoque &
possidonium. cum annos quatuor peregerint: itidem li
berari uolo. Demetrio preterea & critoni & syro. singu
lis lectum & stragulam uestem relinquo ut lyconi
conuenire uidebitur. Ista illi erunt ex me qui profecto
ostenderunt quam solicite sibi commissa peregerint. De sepul
tura uero uidebit lycon. siue me hic siue domi sepelire
maluerit. Certo enim mihi persuasum est. illud quid conueniat
honestumque sit nihil segnius cernere quam nos. Cum uero dis
posuerit & impleuerit hec omnia: rata sit illi eorum quae hic
sunt omnium largitio. Testes callinus hermoneus Ariston
Chius euphronius paeamen. Adeo autem ille sapienter ges
sit omnia quequae pertinent ad eruditionem & studia huma
nitatis ut ad testamenta quoque suam nihilominus diligen
tiam prudentiamque pretenderit ita ut mea quoque parte sit studio
se imitandus;

DEMETRIVS PHALEREVS.

d DEMETRIVS phanostrati filius phalereus au
ditor quidem fuit theophrasti. Caeterum cum
apud athenienses contionaretur: urbi praefuit
annos decem. grecisque statuis honoratus est. trecen
tis sexaginta. quarum plures aequestres erant. & in
curribus seu bigis stabant: summoque studio ferme intra
cccc. dies consumate erant. Coepisse autem rem publicam admini
strare quo tempore arpalus alexandrum fugiens athenas

uenit: demetrius magnesius in equiuocis testatur. Diu aut
atque praeclare rem administrauit. Nanq ex redditibus &
edificiis ciuitatem auxit, & quidem cu genere no satis il
lustris esset. Erat enim ut fauorinus i primo comentarior
ait: ex cononis familia uerum urbane ac nobili lamiae
amice ut idem ait in primo congrediebatur. Sed & a cleo
ne p pessum ee in secundo tradit. Porro dydimus in
symposiis ipm & carito blepharon & lampetonem a me
retrice quadam appellatum ait. Fertur cum alexandriae
amisisset oculos a serapi illos rursus recepisse. quocirca
& peanas qui nunc usq: canuntur fecisse. Verum cum
apud athenienses clarissimus eet: sic quoq: & ipse a bq
cuncta consumit inuidia temptatus e. Quippe insidias
passus a quibusdam mortis sententiam absens excoepit
Non tamen eius corpore potiti sunt. uerū ipius deicientes
imagines erugine & industria foedatas: alias quidem ue
diderunt: alias submerserunt aliasq: in frusta conciderut.
quippe & hoc fertur. una autem sola in arce seruata e. Fecis
se autem hoc athenienses demetrio iubente rege fauorin'
autor e in omnimoda hystoria. Sed & ipperii ipsius idita
ut fauorinus itidem ait uiolarunt. Enim uo hermipp'
eum tradit post cassandri necem antygoni metu se ad
ptolomeum soterem cotulisse. multumq: illic temporis
moratum inter caetera consuluisse regi filiis quos ex eu
ridice susceperat impTiri regnum. Illo no obtemperante
sed ei quem ex berenice genuerat diadema tradente ab hc
ipo post patris mortem fuisse asseruatum in prouincia
quo ad aliquid de illo statuisset. hic iam ille moestior
uixit ac ueluti dormitans ab aspide manū morsus ex ui
ta migrauit. Saepultusq: busiriti regione prope diospoli.
Porro heraclides in epitome successionum socionis: ptolo
meum ait philadelpho concedere uoluisse regnum illu
q: prohibuisse dicendo. Si alteri dederis: ipe non habebis.
Cum uo accusaretur athenis menander comicus: fertur qppe
& hoc. parum abfuit quin capitis excipet sententia ob ali
ud nihil nisi quod amicus ei eet. Purgauit eni eum teles
forus demetrii gener. Verum enim librorum multitudine
ac uersuum numero: omnes ferme sui temporis pipateti
cos transcendit doctissimus atq: peritissimus omnium. Sut

autem ipsius monumenta partim historica: parti politica
de poetis alia. alia rethorica. contionumq: ac legationu;.
sed & oronum aesopiarum collectiones & complura alia
Sunt autem de legibus atheniensium libri. v. De ciuibus
atheniensibus. ii. De ducendo pplo duos. De re. p. ii. De le
gibus unum. De rethorica. ii. De re militari. ii. De iliad. ii.
De odissea. iiii. Ptolomeus. i. Amatorius. i. Phedondas. i.
Medon. i. Cleon. i. Socrates. i. Aristomachus. i. Exhor
tatorius. i. Pro re. p. i. Artoxerses. i. homericus. i. Ari
stides. i. De decennali tempore. i. De ionib; . i. De legatiōe.
i. De fide. i. De gratia. i. De fortuna. i. De magnificen
tia. i. De legibus. i. De nuptiis. i. De trabe. i. De pace unū
De studiis. i. De tempore. i. Dionisias. i. Calcidicus unū
Atheniensium incursio. i. De antiphane. i. Praemium
historicum. i. Epistole. i. Contio iurata. i. De senectute. i.
Iura. i. Aesopiorum. i. De usu. i. Porro stilus ipe philo
sophicus: oratorio robore uirib; q: pmixtus. Hic ubi cō
perit athenienses imagines suas euertisse: at inqt uirtu
tem illi non euerterūt: cuius grā illas erexerāt. Aiebat
nō esse paruum aut negligendum membrū supcilia:
posse n. uitam omnem obscurare. Non modo diuitias
caecas asserebat: uerum & illarum auctorem fortunā:
Quantumq: in bello posse ferrū; tantum in re. p. eloquentia ua
lere. Cum uidisset aliquando iuuenē luxuriosum: ecce
inquit quadrata statua. hnīs syrinam uentrē: pudendam
barbam: hominum fastu turgidorꝝ. aiebat circumcidi
oportere altitudinem sensumq: relinquere. Iuuenes asse
rebat oportere domi quidem parentes in itinerib; aute;
occursantes. in solitudine uō seipos reuereri. Amicos di
cebat secundis ī reb; adēē aduocatos: in calamitatib; aūt
sua sponte atq: inuocatos. Fuerunt autem demetrii me
morabiles. xx. Primus calcedonius orator thrasymacho
antiquior. Secundus hic ipe. Tertius bizantius pipate
ticus. Quartus q cognominatus ē γραφικος apertus atq:
ad disserendum facūd. idemq: ipe pictor. Quintus aspen
dius apollonii solensis discipulus. Sextus callantianus q
de asia & europa scripsit libros. xx. Septimus bizantius
q xiii libris gallorum ex europa in asiam transitū & octo
aliis antiochi & ptolomei gesta libieq: sub ipis admini

strationem conscripsit. Octauus sophista q moratus alexandriae artes oratorias scripsit. Nonus atramytenus grammaticus xion appellatus qd iunonem in aliquo iniurius adfecisse uideretur. Decimus cyreneus gramaticus cognomento stamnus uir sane memorabil. Vndecimus scepsius uir diues ac nobil atq: inprimis studiosus. hic & metrodorum ciuem promouit. Duodecimus grammaticus erythreus ciuis inscriptus in hymno. Tredecimus bythinius diphili stoyci filius discipulusq: panetii rhodii. Quatuordecimus orator smyrneus. Atque isti quidē prosa oratione scripserunt. Poete autem hi primus qui ueterem cōmediam scripsit. Secundus epicus poeta. cuius illa sola habentur quae aduersus inuidos scripsit. Tertius extarso satiricus. Quartus iambicus amatus uir. Quintus sculptor cui⁹ polemo meminit. Sextus erytreus uarius scriptor q historicos & oratorios conscripsit libros.

HERACLIDES PONTICUS

HERACLIDES eutyphronis filius. heracleotes exponto. uir diues athenas concessit. Ibiq: primum quidem speusippo se in disciplinam dedit. pythagoreorumq: auditor fuit. platonemq: imitari studens. postremo ut socion in successionib⁹ ait. Aristotelem audiuit. Hic mollioris uestis usum hūit. tumentiq: fuit corpore adeo ut illum attici nō iam ponticum sed pompicum uocarent. Porro incessu mitis erat & uerendus. Feruntur ingenii illius monumenta praeclara atq: optima dialogi quorum morales de iustitia .iii. unumq: de temperantia: de pietate ac fortitudine communiterq: de uirtute .i. De foelicitate .i. De principio .i. De legib⁹ .i. deq: similib⁹. De nominib⁹ .i. Pacta .i. Inuitus amatorius & clinias .i. Naturales uero de mente. De anima. seorsumq: de anima & de natura & de imaginib⁹ seu simulachris aduersus democritum. De caelis. De his quae sunt apud inferos. De uitis .ii. De causis morborum .i. De bono .i. Aduersus zenonem .i. Aduersus metronem. Grammatici uero de homeri & haesiodi aetate .ii. De archilocho & homero .ii. Musici uō de his que sunt apd euripidem & sophoclem repeiunt̃ .ii. De musica .ii. Solutionū homericarum .ii. Theorematicos .i. De trib⁹ tragediis .i. Figure .i.

De poetica & poetis .i. De contectura .i. προσπτικοιν .i. Heracliti
expositiones .iiii. In democritum expositiones .i. Solutionum
quę in contentionum ueniunt .ii. proloquium .i. De spe-
ciebus .i. Solutiones .i. Monita .i. Addyonisium .i. Re-
thorici .ii. De oratoris officio . siue protagoras . Historica de
pythagoreis & de inuentis . Ex his alia quidem comice fin-
xit . sicuti de uoluptate & de pudicitia . Alia tragice . sicuti
de his quae sunt penes inferos . & de pietate & de potestate .
Obseruauit autem sępenumero & mediocritatem in dicen-
do quandam ueluti philosophis & ducibus ciuilibusque uiris ad
inuicem loquentibus. Extant illius & de geometria & de dia-
lectica . Est autem in omni orationis genere uarius & dic-
tione distinctus . maximamque habet capiendi animos atque oblec-
tandi uim . Sunt qui asserant illum & patriam a tyranno
liberasse : eo scilicet necato ut ait demetrius magnesius
in homonymis . qui de illo tale aliquid tradit . Nutrisse
cum a iuuentute draconem & cum iam moriturus esset : ius-
sisse cuidam ex necessariis ut corpus occuleret draconemque
supponeret lectulo : ut putaretur ad deos migrasse . Fac-
tumque est ut ille mandauerat . Interea cum heraclidem ef-
ferrent ciues : atque laudibus prosequerentur audito clamore
draco ex uestibus prodiit perturbauit plurimos . Postmo-
dum uero apta sunt omnia : uisusque est heraclides non qualem
putari uoluit : sed qualis erat . Hec hippobotus ait . Caete-
rum hermippus : heracleotas tradit : cum fames uastaret
prouinciam : incomodi absolutionem ex pythia quae-
sisse . Porro heraclidem theoros pythiamque corrupisse
pecuniis : ut dicerent tunc demum eos leuandos incom-
modis : si & uiuum heraclidem euthyphronis filium au-
rea corona honorarent . & uita functum ut heroem uene-
rarentur . At ubi oraculum delatum : nihil illos qui
hanc scenam finxerant inde esse lucratos . Continuo .n.
coronatum in theatro heraclidem stupidum amentemque
esse factum theoros uero deuolutos interisse pythiamque
ipsa hora cum descendisset in adytum . draconis mor-
su continuo efflasse animam . Atque ista quidem de
ipsius fine . Tradit autem aristoxenus musicus : illum
tragoedias & scripsisse : thespidisque illas praenotasse ti-
tulo . Chameleon quoque ait illum sua furatum de homero

& hesiodo scripsisse. Antodorus item epicureus illum arguit eis contradicens quod ille de iustitia scripsit. Insuper & dionysius qui transtulit aut spiritatus ut quidam uolunt parthenopeum scribens sophocli inscripsit. Ille ita credens in aliquo suorum operum: eius testimoniis uelut sophoclis utitur. Id sentiens dyonisius nuntiauit ei quod factum fuerat: Illo negante & non credente: misit ex exemplari uidendos uersus. & ita se per omnia habebat. Amabat autem iste dionysium. Ille neque ita fidem accomodans: forte aiebat & casu fieri posse ut ita se haberet. Et uersus ad illum scripsit dionysius. Et hec profecto comperies senex. Simia non capitur. Et ad hec heraclides litteras ignorat. nec erubescit. Fuerunt autem quatuordecim heraclides. Primus hic ipse. Secundus ciuis huius qui pyrrichas nugasque composuit. Tertius cumanus orator. qui artes rethoricas scripsit. Quartus cumanus qui persica quinque libris absoluit. Quintus callicianus siue alexandrinus. qui sex libris successionum explicauit orationem quoque lembeuticam unde & lembus uocabatur. Sextus Alexandrinus. psitarum proprie tantum scriptor. Septimus dialecticus bargileites qui contra epycurum scripsit. Octauus medicus icesius. Nonus medicus tarentinus. Decimus poeticus qui praecepta conscripsit. Undecimus sculptor phocensis. Duodecimus argutus epigrammatum poeta. Tredecimus magnesius qui scripsit mitridatica. Quatuordecimus qui conscripsit astrologica.

laqueo Capitur qui postea tempus aprime

LAERTII DIOGENIS VITAE ATQUE SENTENTIAE EORUM QUI IN PHILOSOPHIA CLARUERUNT LIBER VI. INCIPIT FOELICITER.

ANTISTENES.

ANTISTENES ANTISTENIS filius atheniensis fuit. Dicebatur autem non esse indigena. Quod cum probro sibi daretur dixisse fertur. Et deum mater phrigua est. Videbatur enim illius mater ex tracia. Unde cum in tanagrense pugna fortiter egisset & auctor fuit socrati: ut diceret ex duobus atheniensibus ita fortem numquam

nunq̄ natum esse. Ipē quoq; atheniensib; q̄ indigene
ēent gloriantib; exprobrans dicebat illos cocleis nihilo
nobiliores. Hic initio quidam gorgiam audiuit orato-
rem. Vnde & in dialogis oratorium dicendi genus ex
primit: maximeq; in ueritate & in exhortando. Her-
mippus autem ait illum in celebritate isthmia uituparare:
ac laudib; efferre solitum athenienses thebanos ac laced
monios. deinde id uitasse intuentem plurimos ex urbi
b; confluere. Postmodum socrati sese addixit intantumq;
profecit ut moner& discipulos: ut sui sub socrate ēent
condiscipuli. Commoransq; in pireo quotidie .xl. sta
diis emensis audiebat socratem: A quo & tollerantiam
addiscens: tranquillitatisq; illius imitator effectus. cynicam
prior saectam inchoauit princepsq; in ea fuit. Qđq;
labor bonum ess& magni herculis ac tyri exemplo sua
debat. id a graecis: hoc a barbaris mutuās. Primus q; dif
finiuit. Sermo ē qui quid quicq; sit aut fuerit exp
mit. Dicebatq; uigiter insania potius q̄ uoluptate cor-
ripiar & illud. Oport& huiusmoi propinquare mu-
lierib; quae gratias habeant. Pontico adulescenti cum
se illi in disciplinam daturū diss& rogar&q; quānam re
sibi opus ess& libro inquit nouo & stilo nouo: no-
uaq; tabella animum salic& significans. Interroganti
cuiusmoi ducer& uxorem: si inqt formosam duxeris
communem habiturus es deformem penam. Cum au
diss& aliquando platonem sibi maledicere: regiū
inquit ē male audire cum bene feceris. Cum aliqn̄
orphicis misteriis initiaretur: dicer&q; sacerdos eius
modi initiatos bonis plurimis apđ inferos pfrui. cur
igitur ait ipē non moreris? Probro sibi dabatur ali
quando. quod nō ess& ex duob; liberis genitus. Neq;
inquit ex duob; luctatorib; & tamen luctator sum:
interrogatus quur paucos hr& discipulos. qđ inquit ar-
gentea illos uirga eicio. Rogatus item cur discipulos
acriter increparet: & medici inquit in languidos. Cū
uidiss& aliqn̄ fugientem mechum. O inquit infelix
quantum piculi uno obulo uitare potuisti. Praestare
dicebat ut hecaton ait. necessitate urgente in coruos
quam in assentatores incidere illos quippe mortuos istos

ANTISTENES Pri
or Cynicā sectā in
choauit princepsq; fuit

REGIV EST MALE
AVDIRE CVM
BENE FECERIS.

uiuentes deuorare. Rogatus quidnam eet apd homines
beatius: felicem inquit mori. Familiari quodam apd
se deplorante qd perdidisset commentaria: oportebat
inquit ista animo potius quam chartis inscribere. Si-
cuti rubigo ferrum. ita inuidiam inuidos consumere
aiebat. Eos qui cuperent imortales ee oportere dicebat
pie uiuere ac iuste. Ciuitates tunc interire ait. cum bo-
nos discernere nequeunt a mal. Cum aliquando a mal
laudaretur: magna inquit anxietudine maceror ne for-
te mali quippiam fecerim. Fratrum q eent concordes co-
uictum omni pariete dixit ee fortiorem. Ea dicebat pari-
da uiatica quae cum naufrago simul enataret. Probros
dabatur aliquando quod congrederet mal. At medici
inquit inter infirmos uersantur: neq tn febricitant.
Absurdum ee dicebat triticum purgare lolio: bellumq i
utili milite rem uo p. inuidis no exhaurire. Rogatus
quidnam ex phia lucratus eet: mecum ait colloq posse.
Cuidam sibi in conuiuio dicenti cane tu inquit tibias
infla. Diogeni tunicam petenti: pallium explicare ius-
sit. Interrogatus quaenam eet disciplina magis necessa-
ria: mala inquit dediscere. Hortabatur eos q maledictis
incesserentur: tollerare magis q si lapidib se quispiam
ageret. Platonem insimulabat ut fastu turgidum. Cu
ergo fieret pompa: inspiciens hinnientem frementemq
equum ad platonem conuersus: et tu inquit iudicio
meo praeclarus fuisses equus. Venerat aliqn ad eum
mala ualetudine affectum: et cum uas cerneret ubi
plato uomuerat bilem inquit hic uideo fastum no ui-
deo. Atheniensibus consulebat asinos ut equos decer-
nerent. Qd cum illi irrationabile dicerent at inquit
duces apud uos fiunt q nihil didicerunt. solumq de-
signati sunt. Dicenti sibi cuidam multi te laudant. qd
enim ait mali feci? Cum pallii discissam partem conu-
sam in conspectum dedisset: intuitus socrates. uideo inqt
p pallium tuam uanitatem. Interrogatus a quodam ut
ait phanias in libro d socraticis: quidnam faciens bo-
nus euaderet? si mala inquit que hes a scientib didi-
ceris esse fugienda. Cuidam delitias laudanti inimici
inquit delicate uiuant. Adulescenti q se fictori suo con-

formabat. dic ait si uocem eis acciperet: quanam in re gloria-
retur? Illo dicente in pulchritudine: non inquit erube-
scas qui cum inanimis gloriaris. Pontico adulescente
pollicente illum sibi fore curae si nauis applicaret qua
salsa uehebantur sumpto illo & uase nouo: abiit ad eam
que farinam uenundabat. & onerans proficiscebatur.
Illa uero pretium petente: hic inquit adulescens dabit:
si salsorum ipsius nauis applicauerit. Ipse & anito exilii:
& melito mortis auctor fuisse uidetur. Nanque ponti
cis iuuenibus ob socratis gloriam aduenientibus congressus:
eos ad anitum abduxit dicens illum moribus sapientio
rem esse: quam socratem: qua ex re indignatos circumstantes
effugasse illum. Sicubi uero ornatam offendisset mulie
rem: ad domum illius proficiscebatur. iubebatque uirum
eius equum proferre & arma. ut siquidem hec illi essent:
delitiis uacare sineret. His enim ulcisci. sin alias cultum
illum amoueret. Que autem illi placuere ista sunt. do
cibilem esse uirtutem. Eosdem esse nobiles ac uirtutis studio
sos. Sufficere uirtutem ad beatam uitam nullo indigentem:
nisi socraticis uiribus. Virtutemque operum esse. neque uerbis
plurimis neque disciplinis indigentem. Sapientemque sibi
ipsi sufficere. sua quippe esse quae aliorum sint omnia. Glo-
rie priuationem bonum esse labori simile. Sapientem non
secundum constitutas leges uicturum: sed iuxta uirtutis
normam: ducturumque uxorem pro creandorum liberorum
causa. formosissimisque congressurum mulieribus: atque
amaturum. Solum quippe scire sapientem: que nam sit
amanda. Inscribit illi diocles & ista. Sapienti enim
peregrinum aut nouum nihil neque indignus est qui a-
metur uir bonus. Studiosi amici sunt. Socios facere
qui animosi una & iusti sunt. Virtutem arma esse que
tolli non possint. Praestat cum paucis bonis aduer-
sus malos omnes: quam cum multis malis aduersus
paucos pugnare. Solicite obseruare inimicos primi
enim peccata sentiunt. Iustum uirum pluris faci-
endum: quam propinquum. Viri ac mulieris uirtus
eadem. bona pulchra mala esse turpia iniqua omnia
aliena puta atque peregrina. Murum tutissimum pruden-
tiam esse. neque enim decidere neque prodi. Moenia struenda

intrīs inuiolabilib; cogitationib; · Differebat autem
in gymnasio : qđ cynosarges appellatur nō longe a ia
nuis · Vnde quidam cynicam sectam appellatam uo
lunt · Ipseq; cognominabatur haplocyon ac primus
pallium ut ait diocles duplicauit : ipoque solo ute-
batur · Baculumq; sumpsit ac peram · Primus aūt
& neanthen tradunt simplicis pallij usum habuisse.
Porro sosicrates in successionum tertio diodorum aspen
dium & barbam demisisse & baculo & pera usum
ēē ait · Hunc solum ex omnib; socraticis theopompus
laudat · dicens fuisse acutissimum & ex suauitate col
loquij quemlib& capere ac traducere quo uell&. li
quet id ex libris suis atq; ex illo xenophontis sym
posio · Videtur & uirilis secte stoyce princeps fuisse.
Quorcida & athenicus poeta epigrammatum sic de itt
alio. O stoycarum rerum periti · O qui praeclara dog
mata sacris paginis imposuistis · uirtutem unicum
anime bonum · Hec enim solum uirorum & uita;
liberauit & urbes · Carnis autem amicam uoluptatē:
finem uiris aliis una memorie pgit filiarum · hic &
diogeni tranquillitatis · & crati continētie & zeno
ni tollerantie dux & auctor fuit · Ipē qui ciuitati
fundamenta subiecit · Enim uero xenophon suauis
simum in colloquio fuisse ait : atq; in reb; aliis con
tinentissimum · Feruntur & ipius scripta tomi dece;
Primus in quo de dictione siue de figuris · Aiax siue
aiacis ōrō · Vlixes siue de ulixe horestis defensio · De
causidicis · Isographe siue desias siue isocrates · Adūs
isocratis · ΑΜΑΡΤΙΡΟΝ · in saecundo tomo de animaliū
natura · de procreatione filio⁊ siue de nuptiis ama
torius · De sophistis ΦΥϹΙΟΓΝΗΚΩΜΟΝΙΚΟϹ · De exhor
tatione libros · iii · theognide · v · Tomus tertius in quo
de bono · de iustitia · de fortitudine · de lege siue de re
p · De lege siue de honesto & iusto · De libertate & ser
uitute · De fide · De curatore · De interrogatione · De
uictoria oeconomicus · In quarto tomo cyrus · hercules
maior siue de fortitudine · In quinto tomo cyrus siue
de raegno · Aspasia in sexto tomo ueritatis đ differen
do ΑΝΤΙΛΟΓΙΚΟϹ saton de contradictione · iii · De locutiōē

In septimo De disciplina siue de nominib⁹ .v. De mori-
endo. De uita & morte. De his quae sunt apud inferos.
De usu nominum siue contentiosus. De interrogatione
& responsione. De opinione & scia. iiii. De natura .ii.
Interrogatio de natura .ii. Opiniones siue contentiosus.
De adiscendo problemmata. In octauo de musica. De
expositorib; . De homero. De iustitia & impietate. De chal-
cante. De exploratore. De uoluptate. In nono de odys-
sea. De uirga minerua siue de telemacho. De helena &
penelope. De proteo. Cyclops: siue de ulixe. De uini
usu: siue de ebrietate: siue de cyclope. De circe. De am-
phiarao. De ulixe. De penelope. De cane. In decimo her-
cules seu midas. hercules siue de prudentia: siue fortitu-
dine. Dominus siue amans. Dominus siue explorato-
res. Menexenus siue de impio. Alcibiades. Archelaus
siue de regno. atq: ista quidem scripsit. Timon autem
ob multitudinē eoꝝ quae scripsit. increpans illum ī-
geniosum nugatorem dixit. Obiit morbo quo tempo-
re Diogenes ingressus ad illum dixit. Num amico op⁹
ē? Aliquando item intrauerat sicam habens. Ad quē
ille cum diceret. Quis me doloribꝫ absoluet? Ille osten-
sa sica: hec inquit. Et ille doloribꝫ dixi nō uita. Vide-
batur enim ferme mollius ꝑferre morbum prae amore
uitę. Fuerunt autem & alii anthisthenes tres. Vnus ď
schola heracliti. Alius ephesius. Tertius rhodius qdam
historicus. Quoniam uero eos q ab aristippo fluxere
ac phedone: transegimus: age nunc illos q ab antisthene
uenerunt cynicos ac stoycos hoc ordine adiciamus;

DIOGENES

DIOGENES. icesii mensarii filius synopeus
fuit. fugisse illum cum pater eius publice
mensam hēret: ac falso pecuniam signaret
Diocles auctor ē. Porro eubulides in libro
de diogene: diogenem ipm̄ hoc fecisse ait.
Atq: cum patre una pulsum fuisse. Ipse quoq: in pordalo
de se ipo ait. falso signare monetam. Quidam uero cū
cum curator effectus ēēt. ꝑsuasum ab opificibꝫ aiunt:
uenisse delphos atq: delum in patriam apollinis: per-
contatumq: ēē an id ageret ꝗ cū sibi ꝑmissum fuisset

de cuius moneta aes adulterasse deprehensumq; ut q'da uolunt exilio damnatum ee : ut autem alii putant moetu perterritum sponte patriam liquisse. Sunt qui dicat illum a patre acceptam pecuniam adulterasse : atq; illu quidem in carcere diem obisse. hunc autem effugisse profectumq; delphos sciscitatum ee. no utrum pecuniam falso signaret. uerum quid faciens clarissim' futurus esset. atq; ita hoc oraculum coepisse. Cum uero athenas concessisset : conuenit antisthenem.
Eum ille cum repelleret. quippe ex instituto suo nemi nem recipiebat. uicit p seuerantia sua. Illo intentante baculum : subiecto capite : caede inquit. Non enim ita durum baculum reperies : q me abste q'diu aliq dixeris : arcere possit. hic iam auditor illius factus est ac ueluti profugus ex patria se aduictum simplicem contulit : conspecto ut theophrastus ait : in megarico mure discurrente. qui neq; cubiculum ingrederet : neq; tenebras reuereretur : neq; aliquid eo4 quae adulescen dum idonea uidentur appeteret. Unde & casus suos consolatus e. Pallium ut quidam uolunt primus duplicem in usu hu'it ob necessarium usum utq; illo se dormiens obuolueret : peramq; tulit : in qua & ci bos ferebat. omniq; ad omnia utebatur loco & pran dens & dormiens & loquens. Quocirca & atheniensses aiebat iouis porticum ostendens sibi concedisse habitaculum. ac baculo quidem innitebatur cum infirmus eet. deinceps autem eum semp ferebat. no quidem in urbe. sed iter agens. ipmq; ac peram ut refert athenodorus atheniensium princeps : & polyeuctus rhetor & lysanias aeschrionis filius. Cum aute ad quendam scripsisset ut sibi pararet cellulam : & ille tardius id exequeretur : dolium q'd in metroo erat pro domo hu'it. sicut & ipe in eplis scribit. Atque estate quidem sese in feruida harena uolutabat. hieme uo statuas niue pfusas complectebatur omni ex parte se ipm ad laborum tolerantiam exercens. Acer item erat in despiciendis aliis. Unde & euclidis scholam adludens ad nomen cholen i. bilem appellabat. & platonis auditorium consumptionem. & dionysiaca certa-

mina magna miracula stultorum dicebat: oratoresque
turbae ministros. Dicebat aūt cum intueretur inuita
gubernatores medicos atq: phōs: animalium omnium
sapientissimum hominem eē: cum autem inspiceret
somniorum interpraetes: coniectores: uates uel huius
modi caeteros: ut q gloriae & diuitiis addicti eēnt: tūc
demum nihil se inanius existimare homine. Aiebat
arbitrari se inuita saepius parandum uerbum quam
laqueum. Intuitus aliquando platonem in cōuiuio
magnifico gustantem oleas quid inquit sapiens uir
in siciliam huiusmoī mensarum gratia profectus / ap
positis modo non frueris: Et ille. At hercule inquit
diogenes: & illic oleis & reliquis eiusmodi uescebar.
Et ille quid inquit syracusas nauigare oportebat? An
tunc attica oleas nō proferebat. Fauorinus in omni
moda historia aristippum hoc dixisse tradit. Aliasq:
caricas commedens: obuiauit illi dixitq: lic& t degu
stare? Qui cum acceptas edisset: ut gustare dixi nō
deuorare. Calcans ipsius aliquando stratum praesen
tib: dionysii amicis: quos ille inuitarat dixit. Calco
platonis inane studium. Ad quē Plato. quanto inqt
o diogenes fastu tumes: dum supbiam te calcare pu
tas? Alii diogenem dixisse ferunt: calco platonis fa
stum. illumq: respondisse. At fastu alio diogenes. Por
ro sotion in quarto refert hoc illi dixisse platonem cy
nicum. Vinum aliquando postularat ab eo diogenes
atq: caricas. At ille lagenam integram misit. Ad quē
diogenes inquit siquidem rogatus fueris: duo & duo
quot sint: respondes uiginti? Ita neque secundum
ea quae posceris das neque ad quae rogaris respondes.
Obiurgabat autem illum ut uerbosum. Interrogatus ubi
nam graetię uiros uidiss& bonos. uiros quidam ait
nusq̄: sed lacedemoniae pueros uidi. Cum serio qnq:
loqueret: nemoq: sibi intender&: sese ad sonum mu
sicum contulit. Congregatis autem ad se plurimis ex
probrauit: utq ad inepta studiose concurrer&: ad ea
uero quę grauia essent & utilia neglegenter conuenir&.
Dicebatq: fodiendo & calcitrando certare homines. ut aūt
probi & boni fierent curare neminem. Gramaticos admira

batur. qđ cum ulixis mala requirerent: sua ignorarent.
M usicos itidem irrius uocabat. quod cum lyre chordas
congrue aptarent: animi mores inconcinnos haberent.
Sed & mathematicos carpebat: qđ solem & lunam &
sydera intuentes: que ante pedes eent negocia neglige
rent. Oratores & agebat. quod studerent iusta dicere
nō autem & facere. Cupidos quoq; qđ pecuniam uitu
parent ac sume diligerent. Reprahendebat eos qui
iustos quod poecunias contempnerent laudabant. pe
cuniosos autem imitari satagebant. Stomachabatur
eis qui pro bona ualetudine sacra facerent. inter sacri
ficia contra sanitatem cenarent. Seruos admirabatur
qui cum edaces dominos caernerent: nihil diriperent
ciborum. Laudabat qui uxores ducturi fuissent &
non ducerent & qui nauigaturi nō nauigarent. quiq;
accessuri ad rem. p. minime accederent: & qui pueros
habituri indelitus se continerent. & qui se componerent
ad conuiuendum regib; neq; tamen accederent. Dice
bat manus ad amicos nō complicatis digitis extendi
oportere. Refert hermippus inuenditione diogenis:
quod captus ac uenditus: cum rogaretur quid sciret
agere respondetit scire se uiris imperare. Atq; ad pre
conem: praedica inquit. quisnam sibi dominū eme
re uult. Sedere prohibitus: nihil inquit refert. Nã;
& pisces quomodolibet iaceant emi. Mirari dicebat:
cum ollam quidem ac opculum nō sine tactu actin
nitu emamus: solo in homine emendo aspectu con
tenti simus. Dicebat xeniade emptori suo: ipm sibi
q̃uis eet seruus obtemparare oportere. Nam & medicus
& gubernator & si seruus sit: utiq; sibi paretur. Eubul
uō in libro q inscribitur diogenis uenditio ita filios xe
niade instituisse ait. Post disciplinas reliquas equita
re. Fundas rotare atq; iaculari. Deīn in palestra non
pmittebat pedotribae eos inmorem athletarum exer
cere: sed iis roboris tantum & bonae ualetudinis gr̃a
T enebant uero pueri poetarum ac scriptorum aliorum
ipsius q; diogenis plura memoriter. Omnemq; ut doc
trinae rationem ut facile memoria tenerent breuiter
collectam insinuabat. Domi quoq; ministrare docebat.

cibo leui aculi contentos & aqua · Tonderi ad cutem
faciebat · incompositosq; deducebat · ac sine tunicis
& calceis : tacitos ac se tantum in uia intuentes · Educe
bat eos & aduenationes · Econtra illi diogenis curā
habebant · parentibusq; commendabant · Senuisse illū
apud xeniadem idem ipse auctor ē ac uita functum
a filiis eius fuisse sepultum · Ubi percontante xeniade
quomodo se sepeliri mallet · in faciem inquit · Illo causam
interrogante : quoniam inquit post modicum infe
riora conuertenda sunt · Dixit hoc quia macedones
iam obtinerent atq; ex humilibus sublimes fierent · Cū
se quispiam in domum magnifico instructam appa
ratu induxisset & spuere uetaret : excreauit atque
in illius faciem sputa coniecit deteriorem locum ubi
spueret non inuenisse dicens · Alii aristippo id appli
cant · Cum clamasset aliquando eus homines conueni
sent q; plurimi : iurgia illos agebat dicens homines nō
purgamenta uocaui · Ait hoc hecato in primo chriā ·
A lexandrum dixisse ferunt · nisi alexander eēt · diogenē
ēē uoluisset · Debiles dicebat nō surdos aut cecos : sed
imperitos : uel qui peram nō haberent · Ingressus ali
quando semitonso capite conuiuium iuuenum : plagas
rettulit rettulit · postea nomina illorum q se ceciderant
inscribens circuibat ea prae se ferens · Ita illis uicem con
tumelię reddidit : dum reprehendendos & obiurgan
dos omnibus exposuit · Dicebat se canem laudabilium sed
laudatorum neminem secum aduenandum exire prae
sumere · Dicente quodam uiros se in pythia uincere :
uiros equidem inquit : sed tu mancipia · Cum diceret
sibi senex es · iam quiesce a labore · quid enim ait si in stadio
currerem ad finem oporteret cursum remittere & non
magis intendere · Vocatus ad cenam adfuturum se de
negauit · Neq; enim sibi priore die gratiam decreuisse ·
Nudis pedibus calcabat niuem & alia quę praedicta sunt ·
C rudas item carnes edere conatus est · Sed in eo nō perstitit ·
Offendit aliquando demosthenem oratorē in diuersorio
prandentem · Illo autem cedente tanto inquit magis diuerso
rio futurus es · Peregrinis aliquando demosthenem uidere
cupientibus : in eum medium intendens digitum hic ait uobest

athenienfium orator. Panem autem eiciente quodam
& resumere erubescente: corripere illum uolens: urcei
collum per figuli trahebat officinam. Imitari se dicebat
chori magistros. Illos enim tonum excedere ut reliqui
congruum tonum arriperent. Plurimos aiebat insani-
re praeter digitum. Siquis igitur medium digitum
protendens pergat: insanire uidebitur. sin autem in-
dicem non ita. Que sunt preciosissima: ea minimo
uenire & econtra. Denique statuam tribus milibus milibus
emi. farinae uero choenicem duobus aereis. Ei qui se emerat
Xeniade dixit. Age ut quod praecipitur facias. Dicen-
te illo supra flumina pergunt fontes. At si medicum
aeger ait emisses: non illi obtemperasses: sed diceres super
flumina permeant fontes. Volebat quispiam apud se phari
cui ille pernam dedit: ac sequi se iussit. Ut autem ille pre
uerecundia abiecto quod ferebat abscessit. post aliquantu-
lum temporis occurrit illi ridens ait. Tuam & meam
amicitiam perna dissoluit. Enimuero diocles eam rem
ita describit. Dixerat illi quidam iube nobis diogenes
At ille abducto casei frustrum feredum dedit. Illo renu-
ente: meam inquit ac tuam amicitiam modicum casei
rupit. Intuitus aliquando puerum concaua bibentem
manu: caucum pera productum abiecit dicens. puer
me uilitate superauit. Proiecit & catinum eo studio cum
uidisset puerum uasculo perfracto concauo pane lenti-
culam suscipientem. Rationabatur autem in hunc modum
Omnia deorum sunt diis autem amici sapientes sunt.
Sunt autem amicorum cuncta communia. Omnia
igitur sapientium sunt. Inspexerat mulierem inhone-
stius diis procidentem. Eius igitur superstitionem auferre
uolens ut Zoilus pergens ait accurrit dicens. Non ue-
reris mulier ne forte stante post tergum deo: cuncta enim
plaena ipso sunt inhoneste te habeas. Asclepio percussorem
sacrauit. qui procumbentes in faciem accurrens contereret.
Solebat autem dicere: imprecationes tragicas sibi occurris-
se. Esse enim sine domo sine ciuitate: priuatum patria. pau-
perem: palantem uitam in dies habentem. Aiebat se obi-
cere fortune quidem confidentiam natura legi perturba-
tioni rationem. Ad solem sedenti sibi adsistens alexander

ait Pete.

ait. Pete a me quod uis adquem ille. Noli inquit mihi
umbram facere. Legerat quidam diutissime. Cumq; ad
finem libri nihil ultra scriptum ēē ostenderet: bono
inquit este animo uiri terram intueor. Ratiocinanti
cuidam & concludenti illum hr̄e cornua: manu fronte
palpans: equidem inquit illa n̄o uido. Similiter & dicen
te sibi quodam n̄o ēē motum exurgens ambulabat. Ad
eum q decælestib; differebat: quando inquit e celo ad
uenisti. Spadone nequam domui suae inscribente: ni
hil ingrediatur malum. dominus ait domus ubi nā
ingredietur. Vnguento inungens pedes dixit. A capite
quidem in aerem ascendere unguentum. sed apedibus
in olfactum ire. Rogantib; athenienfib; atq: dicentibus:
num apud inferos hi qui initiati sunt praesident: ridi
culum est inquit: siquidem agesilaus & epaminondas
in ceno degent. uiles autem quiq: initiati in beatorum in
sulis erunt. Muribus ad ipsius mensam sub repentib;:
ecce inquit & diogenes parasitos nutrit. Platone cane
ipm̄ appellante. sane inquit. Nam equidem aduendi
tores remeaui. Balneis exiens: p̄contanti an multi ho
mines lauarent negauit. Adicienti num turba multa.
confessus ē. Platone ita diffiniente: homo ē animal bi
pes sine pennis. cum placeret eius ista diffinitio: nuda
tum pennis ac pluma gallum gallinaceum ineius in
uexit scholam dicens hic platonis homo ē. Vnde adiec
tum ē diffinitioni latis unguib;. Interroganti quanā
hora prandere oporteret: si diues inqt est: quando
uult: si pauper cum potest. Apud megarenses intui
tus oues pellib; tectas illorum autem filios nudos. ait
Praestat megarensis arietem ēē quam filium. Ad eum q
se trabe concusserat: ac postmodum dicebat: caue nu;
inquit iterum me ferire uis. Aiebat oratores quidē
plebis ministros coronas autem gloriae bullas. Lucernā
interdiu accendens: hominē aiebat quero. Stabat aliqn̄
manantib; p̄fusus undis. His uero qui circumstabant illū
miserantib;: plato nam aderat. si uultis inquit illum mi
serari abite. gloriae illius cupiditatem insinuans. Colaphū
a quopiam accipiens: hercules inquit: cuius me latebat
res. q͛d operto p̄gerem capite. Midia quoq: ipm̄ colaphis

agente ac dicente. triamilia tibi inmensa posita sunt
postridie sumpto pugilum cestu: cęsoq: illi dixit. tria-
milia tibi inmensa sunt posita. Lysia pharmacopola sci-
scitante: an deos crederet. quomodo inquit non credo
q te diis inimicum puto? Alii theodorum hoc dixisse
ferunt. Quendam intuitus se undis respgentem ait.
O infoelix an ignoras quoniam ut grammatice peccatis:
ita respergens minime eriperetis: ita nec uitae crimini-
b; euades liber. Culpabat maxime si qui fortunam
causarentur dicens homines que sibi bona uiderentur
non que re uera bona essent postulare. Eis uero q se
quaererentur somnia dicebat: ea quidem quae agitis: ne
in somnis quidem ut corrigatis cogitare uultis. que uo
dormientes caernitis: ea curiose disquiritis. In olympia
praecone buccinante. dioxippus uiros uincit. hic ait
mancipia sed ego uiros. Amabatur autem & ab atheni-
ensibus. Denique adulescenti cum dolium illius contri-
uisset: plagas intulerunt. illiq: aliud dederunt. Refert
dionysius stoycus: illum post cheroniã comprachensum:
abductum esse ad philippum. A quo qd eet interrogatus:
explorator inquit insatiabilis auiditatis tuae. Ex quo
admirationi habitus: liber dimissus ē. Miserat alexan
der aliquando epistulam athenas ad antiprm p athliũ
quendam. Aderat diogenes atq: aduocabulum adlu-
dens. quippe athlios inquit ab athlio p athlium ad ath
lium. Perdicca comminante nisi ad se pgeret: illum
se occisurum nihil inquit magnum facies nam & can-
tharus & phalangius id facerent. illud ut potius mi-
taret monebat quod & absq: se uiueret foeliciter uic-
turus eet. Clamabat autem saepius dicens hominum
uitam facilem a diis dari. uoerum occultari illam que-
rentib; mulsum unguenta & his similia. Vnde & ei
qui a famulo calciabatur. nõ dum ait beatus es: nisi
te & abstergat. Hoc autem erit: si mancus fueris. Cum
uidisset aliquando magistratus hieromnemones dice-
bantur: quendam ex aeraria phialam furatum abdu-
centes: magni inquit fures paruũ ducũt. Intuens aliqñ
adulescentem lapides in crucem iacientem: euge inquit:
scopo enim potieris. Circumstantib; se adulescentulis atq:

infoelix di Athlos

dicentibꝫ cauebimus ne mordeas nos · bono inquit este aīo
filioli canis betas minime manducat · Glorianti cuidam
qđ leonis pelle tegeretur : desine inqt uirtutis stramenta
confundere · Beatus dicebatur callisthenes qđ magnificis
ab alexandro apparatibꝰ exciperetur · At ille infoelix inqt
ē · qui tum prandet ac cęnat cum alexandro uidetur · Cum
pecuniis egeret : eas se ab amicis repetere nō petere dicebat ·
l in foro quandoque manibꝫ operans : utinam aiebat liceret
pfricato uentre non esurire · Adulescentem intuitus cum
satrapis ad cęnam abeuntem : abductum ad suos reuoca
uit obseruariq; iussit · Composito adolescenti quippiam ro
ganti non antea se dixit responsurum : quam apte explo
raret : uir ne ēēt an mulier · Plaudenti lasciuius in balneo
adulescenti : quanto inquit moelius : tanto deterius · Int
cęnandum ossa illi quidam ut cani iactabant · At ille p
pius accedens iuxta illos mingebat ut canis · Oratores
atq; omnes indicendo gloriam quęrentes : ter homines
pro eo quod ē ter infoelices appellabat · Diuitem indoc
tum : ouem aureo uellere dicebat · Cum uidisset luxurio
si cuiuspiam domui inscriptum : uenalis : sciebam inquit
quia uini crapula obsessa : facile dominum euomeres ·
C Causanti adolescenti perturbationum a se multitudinē · desiste
inquit & tu perturbationis inditia proferre · Ingressus
sordidum balneum : qui hic lauant ait : ubi lauantur · Cum
rudem pinguem q; cytharedum omnes causarent : solus ipse
laudabat · Rogatus q̄ obrem : ait qđ talis cum sit : cithare
se non latrociniis exerceret · Cytharedum q semp ab au
ditoribus deserebatur : salutabat · Salue galle · Illo dicen
te : cur ita : quia inquit canens omnes excitas · Cum
adulescentem plurimi inspicerent : ille sinum lupinis cō
plens : se incuruabat · Multitudine ī eum conuersa : mi
rari se dixit : quo modo illo dimisso : se intuerent · Di
cente sibi quodam ualide supstitioso : uno ictu caput
tibi perfringam : at ego inquit a sinistris adstans : te tre
mere faciam · Hegesia deprecante : ut sibi librorum ali
quid exponeret : uanus inquit es hegesia · q chartas qđ de
non scriptas negligis : sed ueras : uera autem exercitatio
ne neglecta : te ad scriptam confers · Ci q sibi exilium ex
probrabat : at huius inquit causa miser phatus sum · Alio

rursus dicente: sinopei te exilii arguunt. & ego illos in-
quit more. Intuitus aliquando olympionicem oves
pascentem q̃ cito inquit ab olimpiis ad nemea te contuli
sti. Rogatus cuius rei gratia athlete insensibiles sunt. q̃a
inquit suillis ac bubalis carnib; instructi sunt. Pete-
bat aliquando statuam. Rogatus cur hoc faceret: ut me
inquit non potiri assuefaciam. Cum postularet quẽpiã;.
quippe & hoc primum agebat pp inopiam dicebat
siquidem & alii dedisti: & mihi da. si vero nemini
a me incipe. Interrogatus aliquando a tyranno cuiusmõi
aere praestaret statuam sculpere: quo inquit harmo-
dius & aristogiton fusi sunt. Rogatus quomodo dio-
nysius amicis uteretur: ut vasculis ait: dum plena
evacuat & abicit vacua: In scripserat quidam domui:
uxore nup ducta. Iovis filius callinicus hercules hic ha-
bitat. nihil ingrediatur mali. inscripsit ipe. Post bellum
societas. Cupiditatem arcem omnium maloꝝ dixit. luxu-
riosum intuitus oleas in diversorio edentem: si sic prande-
res ait non cenares. Bonos viros effigies deorum ẽe. Amo-
rem vacantium occupatione. Rogatus quidnam ẽet in
vita miserum. senex ait egens. Quaenam pernitiosissime mor-
deret belua ex feris inquit obtrectator: ex mitioribꝫ autẽ
adulator. Intuitus aliquando centauros duos pessime pic-
tos ait. Quis horum deterior ẽ: Sermonẽ ad gratiam in-
structum melleum ẽe laqueum dixit. Ventrem vite carib-
dim appellabat. Audiens didimonem moechum fuisse
comprehensum: dignus inquit ẽ ex ipo nomine suspen-
No di. Rogatus cur pallens esset aurum quia multos habet
insidiatores. Mulierem in lectica intuens: nõ secundum
feram ait ẽ cavea. Fugitivum servum ad puteum seden-
tem videns: cave inquit adulescens: ne incidas. Cum vi-
disset aliquando mulieres ex olive arbore pendere suffo-
catas: utinam inquit arbores caetere fructum huiusmodi tu-
lissent. Intuitus sepulchroꝝ violatorem: quid hic ait tibi
vis optime: aut quem praedari paras defunctorum viroꝝ:
R ogatus num servulum aut ancillam haberet: negavit. Di-
cente sibi ergo cum mortem obieris quisnam te ad sepul-
chrum efferet: qui domo inquit indiget. Cũ animad-
verteret formosum adolescententem: passim & sine cu-

stodia dormientem: manu pulsans excitauit dicens.
N e quis tibi quiescenti pilum in renibus figat. Ad eum qui
praetiosa parabat: cito inquit morieris fili emendo
talia. Platone de ideis differente: & nominante men
salitatem & cyathitatem: equidem inquit o plato
mensam & cyatum uideo. mensalitatem uero cyathi
tatemque non uideo. At ille recte inquit. Quibus enim
cyathus mensaque conspicitur: oculos habes. quo autem men
salitas & cyathotis intelligitur animum non habes. Roga
tus a quodam quo tempore ducenda sit uxor iuuenibus
inquit nunquam: senibus uero neque unquam: adulescentem in
tuens se componentem. siquidem inquit ad uiros fru
stra: sin autem ad mulieres nequiter. Videns adulescen
tulum rubore perfusum confide ait fili huiusmodi est uir
tutis color. Cum duos aliquando audisset legis peritos
ambos damnauit. dicens alterum quidem furatum esse alterum
uero non perdidisse. Rogatus cuiusmodi uinum libentius bi
beret: alienum inquit. quodam plures te irrident: at
ego inquit non irrideor. Dicenti malum esse uiuere: non
inquit uiuere malum est sed male uiuere. Consulentibus
ut fugitiuum requireret: seruum ridiculum inquit est
si manes absque diogene uiuat: diogenes absque mane non
possit. Prandebat oleas. Iniectam uero inter pranden
dum placentam proiecit dicens. O hospes hinc cito pro
ficiscere. Rogatus qualis esset canis: esuriens inquit blan
dus. satiatus uero mollosicus. Hos per multi laudant: neque
tamen ob laborem audent cum eis una aduenationem
egredi. ita ne mihi quidem ob dolorum metum congre
di atque una uiuere. Rogatus an sapiens placentis uesce
retur: omnibus inquit sicut & homines caeteri. Interroga
tus cur medicis impenderent: non autem philosophis: quia clau
di inquit ac ceci fieri potius quam philosophos euadere se patant.
P oscebat quidam a cupido. tardante illo: ad cibum inquit
te postulo non ad sepulchrum. Exprobranti sibi cur
aliquando falso pecuniam signasset tempus inquit fuit cum
tal eram qualis tu modo: qualis autem ego modo sum nunquam
tu eris. Alteri sibi idem exprobranti: nanque inquit eminn
gebam tum caeleriuis sed modo non. Myndum profectus cum
uideret magnificas portas & urbem modicam: uiri inquit

Dicente s

myndii portas claudite: ne urbs uestra egrediatur. Cũ
uidiss& aliquando hominem in purpura furto de
praehensum at cepit te inquit purpureus obitus. fataq;
maligna. Cratero depraecante ad se illum proficisci:
at malo inquit sal athenis lingere: q̃ poenes te frui ma
gnifice instructa mensa. Anaximenem conueniens pin
gui aqualiculo rhetorem: imptire inquit & nob pau
peribus uentrem. Quippe & ipse leuigaberis & nobis
emolumento eris. Differente illo aliquando pernam
pretendens: auditores in se conuertit. Indignante illo
disputationem inquit anaximenis oboli pretium dissol
uit. Cum sibi probro daretur: quod in foro mandu
car&. in foro enim ait exurio. Quidam & illud huius
ẽẽ aiunt. q̃d intuitus illum plato lauantem olera pro
fecto nõ lauisses: illumq; ad aurem ita respondisse: &
tu si lauares olera: dionysio non ẽẽs obsecutus. Dicen
ti quidam complures te irrident. & illos inquit asini.
sed neq; illi asinos curant. neque ego illos. Conspecto
adulescentulo phante: eia inquit amatores corporis ad
animę pulchritudinem traducis. Admirante quodam
ea quae in samotheracia sunt donaria: longe ait plura ẽẽnt
si & qui seruati nõ sunt ea deuouissent. Alii diagore me
do hoc assignant. Formoso adulescenti ad conuiuium
eunti: deterior inquit remeabis. Illo redeunte & postri
die sibi dicente & perrexi & deterior effectus nõ sum.
Deterior inquit quo. Postulabat ab eurytio difficile
quiddam illo dicente si mihi psuaseris equidem inqt
si psuadere possem: suasissem utiq; uti te suffocares. Re
uertebatur ex lacedemone athenas. Interrogatus quo et
unde: a uiris ad mulieres. Rediens ab olympiis cum ro
garetur an multa ibi turba fuerit: turba inquit multa
sed homines pauci. Luxuriosos dicebat similes ficub; q̃
p precipitia nascuntur quarum fructus homo nõ gustat
corui autem & uultures comedunt. Phrynae scortum ue
nerem auream delphis obtulit. eam ille ita inscripsit. Ex
graecorum intemperantia. Dicente sibi Alexander ma
gnus rex. & ego ait sum diogenes canis. Rogatus quãm
faciens canis uocaretur: quod eis inqt qui dant blandior.
in eos uero qui nõ dant oblatro. malos autem mordeo.

[A]ccedes illi silent. diceret
si dionysio secutus ẽẽs olera

Ex ficu quadam poma legebat. Custode dicente: hinc an
paucos dies homo suspensus e. ego inquit illam purgabo.
Olympionicen intuens in scortum frequenter intendentem: en inquit aries martius a puella per collum captus
abducitur. Formosa scorta laetali mulso simillima dicebat. Prandenti illi in platea: qui circumstabant iugiter dicebant. canis canis. At ille uos canes estis qui prandentem circumstetistis. Cum duo molles se ipsi subducerent.
nolite inquit uereri. Canis betam non comedit. De puero
stuprato unde eet rogatus: tegeates inquit. Cum uidisset
ignauum luctatorem medicinam profitentem: quid hoc
inquit? Num ut eos qui te aliquando uicerunt: nunc
ipse deicias. Cum scorti filium inturbas iactantem lapides
cerneret: caue inquit ne patrem ferias. Puero ostentanti
gladium quem ab amatore accepat. gladius inquit pulcher e: sed capulus phoedus. Laudantib; quibusdam eu
qui sibi erogauerat: me ait non laudans qui accipere merui
Cum a quodam pallium exigeretur: siquidem ait donasti
habeo: sin autem equisti utor. Subornato quodam dicere
aurum habet in pallio: ita sane inqt. Idcirco illo obuolutus obdormio. Rogatus quid ex phia lucratus fuisset et si
nihil aliud inquit: t hoc ipm quod ad omnem fortunam
praeparatus sum. Interrogatus unde esset. mundanus ait
Sacrificantib; quibusdam ut filium acciperent: ut inquit
bonum accipiatis: non immolatis? Cum stipem aliqui
posceret. ait eroganti Alios expolia: sed ab hectore contine manus. Scorta dicebat regum ee reginas. Petere eni
quodcumq; eis uideretur. Atheniensib; liberum prem d
caernentib; et me inquit serapim facite. Exprobranti sibi
quod in loca immunda introiret: et sol inquit in faecessus
abit: neque inquinatur. In fano caenans inter sordidos
appositos panes: sublatos abiecit dicens. In sacrum nihil
oportere sordidum ingredi. Dicente sibi quodam cum nihil sciens phatetur: et si inquit phiam simulo hoc ipm
phari e. Laudabatur puer quod ingenio excelleret: ceteq;
optimis morib; quid ergo inquit me indiget. Qui recta
dicerent nec facerent eos cythare similes aiebat. Et hanc
enim nihil audire neq; sentire. Theatrum ingrediebat
ex aduerso exeuntium. Rogatus cur id faceret hoc ait

p similia

No

[illegible] studeo. Videns aliquando adulescen
[illegible] non pudet ait deterius q̄ natura ipa;
[illegible] illa enim te uirum fecit. tu te cogis mu
lierem fieri [illegible] insipiente aptare psalterium: nō
erubescis inquit qui sonos ligno aptes: animum adui
tam nō componas. Dicenti sibi cuidam idoneus ad phi
losophiam non sum: quid ergo inquit uiuis: si ut bene
uiuas nulla tibi cura est? Contemnente quodam patre:
nō pudet ait istum contemnere: qui tibi ut magnum
sapias ē auctor? Videns decorum adulescentē indecen
ter loquentem: non erubescis ait ex eburnea uagina plu
beum educens gladium? Cum probro sibi daret qd
in caupona biberet & in tonstrina tonderetur inquit. Ex
probrabatur sibi qd ab antipro accepisset palliolum:
tum ille reicienda inquit nō sunt praeclara deum mune
ra. Pulsante se quodam trabe: ac dicente caue uirga il
lum cedens ait caue. Supplicante quodam meretrici: q
ait uis miser quod praestet frustrari. Vnguentis deli
buto: uide ait ne flagrantia capitis uitē fetorē praestet.
S
eruos quidem dominis. malos autem cupiditatib; ser
uire dicebat. Rogatus cur mancipia andrapoda sint
appellata quia pedes hn̄t inquit uirorum: animum
autem eum quem tu modo hes: q hoc interrogas. A luxu
rioso petebat minam a quo dum rogaret: cur ab aliis o
bolum: a b se peteret minam quia inqt ab aliis omnib;
accepturum spero. abs te uero an rursus accepturus sim
in deorum gremio situm ē. Cum exprobraretur cur
platone nō petente ipse peteret. & ille inquit petit.
sed propius admoto capite ne discant alij. Sagiptariū
intuitus inutilis ignauum iuxta scopon consedit:
dicens ne forte me feriat. Eos q ad uoluptatem aspi
cerent: falli ac frustrari dixit. Interrogatus an mala
eēt mors quonam inqt modo mala: quam presentem
nō sentimus. Alexandro interroganti num me times?
Q
uid enim inquit es. bonum an malum? illo dicente
bonum: quis ergo bonum timet. Disciplinam iuueni
b; sapientiam senioribus. solatium paupib;. diuitias di
uitib; ornatum esse dixit. Didymoni moecho curanti
aliquando puelle oculum uide inqt ne uirginis oculum

curans puellam corrumpas. Dicente quodam amicos illi insidiari: & quid ait agere oportet: si amicis & inimicis aeque utendum erit? Rogatus quid esset in hominib; optimum fiducia inquit. Ingressus aliquã scholam cum uideret musas multas paucos q; discipulos: cum diis inquit magister multos habes discipulos. Solebat autem omnia ante omnium oculos facere. & quae ad cererem & que aduenerem ptinent: atq; huiusmoi conclusiunculis utebatur. Si prandere nihil mali ē neque in foro prandere malum est. Non ē autem male prandere. Ne in foro quidem prandere malum ē. Cumq; ante ora omnium iugiter operaretur. utinam liceret aiebat pfricato uentre a fame conquiescere. Referunt in eum & alia q cum sint multa: prolixum eet & omnia prosequi. Dicebat autem duplicem ee exercitationem: alteram enim ee animi: alteram corporis. hanc scilicet secundam quã in exercitatio: pperuę quę fiunt phantasiae praestant ad uirtutis opa quaedam adminicula. Porro alteram sine altera ee impfectam nihilominus bona habitudine & robore inter ea quae competunt dinumeratis. quippe quae ueluti circa corpus & animam sint. Adiciebatq; argumentum q ad uirtutem facile exercitio proficiatur. Cernere enim se in artib; mechanicis & aliis opifices ex consuetudine opis nõ minimam opandi celeritatem fuisse consecutos. Athletas item & tybicines utrosq; eminere plurimũ quanto maiore in studio & labore uersati iugiter fuerint. Atq; ita istos siquidem ad animũ exercitationem transtulissent: nequaq̃ inutiliter aut impfecte laborarent. Nihil uero dicebat in uita omnino absq; exercitatione pfici. Eam uero omnia exsuperare posse. Cum igitur repudiantis inutilib' laborib; naturales insequi ac uiuere beate debeamus: per summam clementiam infoelices sumus. Namq; ipius q; contemptus uoluptatis: si nos assuefecerimus iocundissimus fit. Et sicut hi qui consuerunt uoluptuose uiuere: moleste inde se auelli patiuntur: ita q aliter exercitati st gratissime ipas contemnunt uoluptates. Talia docebat. atq; inactum producebat uere consuetudines inniquans: monetas ue resculpens nihilq; minus naturabilib; quam legitimis deferens eandem uitę formam quam hercules se

uiuere affirmans. nihil libertati preferens omniaq; sa-
pientum ee dicens. eiusmodi rationib; quas supra alle-
gauimus utens. Omnia inquiens deorum sunt. Ami-
ci autem sunt sapientib; dii. Sunt autem amicorum
cuncta communia. Omnia igitur sapientum sunt. Ac
de lege qd sine ipa geri rem p. possibile non sit. Nam si-
ne laboribus urbem nihil esse utilem. Urbs uero ciuitas
e. Lex uero absque ciuitate adnihilum util. Est igitur
Nō urbana lex. Nobilitatem uero & gloriam & eiusmodi
cetera ridebat dicens malitiae ee uelamenta. Solamq;
rectam ee. rem p. quae eet habenda in honore. Dicebat
& uxores comunes ee oportere: nuptias nihil appellans.
S ed qui suaderet ei quam induxisset congredi. commu-
nesq; id circo filios fieri. Nihil esse iniquum dicens ex-
templo quippiam accipere aut aliqd gustare animaliu
ne iniustum quidem esse humanis uesci carnib; idq;
ex aliarum gentium consuetudinib; liquere atq; hac
recta ratione omnia in omnib; & p omnia ee dicens
Namq; in carne carnes ee & in olere. cum panis & cor-
pora reliqua in omnib; p occultos quosdam meatus ac
tumores ingerantur: atq; una euaporet. Sicut in thieste
manifestum e. siquidem ipius sunt tragoedie. & non
phidisci aeginite ipsius familiaris. siue pasiphontis do-
ciani. quem scribit fauorinus in omnimoda historia
scripsisse. Musice uero & geometrie & astrologie cetero-
rumq; similium fuisse negligentem ueluti inutilum &
quae minime eent necessaria. Fuit autem promptissimus
ad obuiandum his quae dicerentur: ut ex supiorib; liquet.
V enditionemq; sui fortissime ptulit. Nam cum in egynas
nauigaret: atq; apyratis fuisset comprehensus: quoru;
princeps erat cerpalus craetamq; deductus uenditus eet:
praecone interrogante quid sciret facere: respondit scire se
hominib; dominari. Cum repente aspexit corinthum
quendam habitu ingenuo pretereuntem Xeniadem que
prediximus. hunc digito denotās: huic inquit me uen-
de. hic enim domino indiget. Emit igitur illum xenia-
des corinthumq; secum adducens & filiis praeceptorem
dedit: & omni domui praefecit. Is uo ita se gessit in om-
nib; ut supstes ille diceret. bonus demon domum mea;

introiuit. Refert cleomenes in libro qui pedagogus inscri
bitur: necessarios suos redimere illum uoluisse: illum
eos fatuos dixisse. Neque enim Leones seruos esse nutri
entium sed e conuerso illos seruire leonibus. Nam serui
timere est: feras uero hominibus terrori esse. Erat autem uiro
mirabilis persuadendi uis. adeo ut quemlibet oratione
facile caperet. Fertur denique onesicratus quidam egy
nensis athenas misisse alterum ex liberis suis androsthe
nem nomine. cumque eum audisset diogenem illic per
stitisse. misisse itidem philiscum qui maior erat natu:
ipsumque detentum similiter fuisse. Tertius uero ipse adue
nisse. atque una cum filiis probatus esse tanta diogenis ser
monibus suauitas inerat. Audiuit ipsum et phocion. qui
cognominatus est bonus et stilpo megarensis. et complu
res alii ciuiles uiri. Fertur nonaginta ferme annorum obis
se diem. Porro de ipsius morte uaria habetur opinio.
Sunt enim qui dicant illum cum pedem bouis crudum
comedisset. bilem incurrisse: atque ex ea fuisse defunc
tum. Alii uero continuisse spiritum: atque ita expirasse.
Ex quibus est cercidas megalopolita siue cretensis in meliamb.
Alii dicunt cum polypum canibus partiri uoluisset: mor
sum in cruris neruo excepisse. ac ex eo defunctum esse.
Plures tamen necessarii: ut in successionibus ait antisthe
nes. id potius approbant quod spiritum continendo exa
lauerit. Degebat enim in cranio id autem erat gymna
sium ante corinthum. Cum uero ex more familiares
sui aduenissent: palioque obuolutum deprehenderent
non illum dormire arbitrati: Erat quippe minime som
nolentus sed ex instituto suo peruigil durare consuetus:
reuelato pallio animam efflasse inuenerunt. suspicatique sunt
illum hoc fecisse desiderio migrandi ex uita. hinc ut
aiunt inter illos quis eum sepeliret. oborta seditio fere
ad conserendas eos perduxit manus. Aduenientibus autem
patribus illorum atque primatibus: ita sedata discordia se
pultum esse tradunt iuxta portam quae in isthmum fert.
Erigentes autem super illius tumulum columnam: canem
desuper ex lapide pario sculpserunt. Postmodum et ipsi
ciues aereis illum statuis honorauerunt: ita inscriben
tes. Senescet tempore quidem hoc aes sed tua sane dio

DE MORTE DIOGENIS VARIA OPINIO

genes gloria absolescet sacecut. Nam uitę gloria mor-
tales illustrasti. facilemque uiuendi uiam praetulisti. Aiunt
quidem illum dum moreretur mandasse insepultum
cadauer ut omnes bestię participes ipsius essent: siue in
foueam. subiecto modico puluere inicerent. Alii autem
melissum se immitti uoluisse tradunt ut esset fratribus
utilis. Demetrius autem in equiuocis ait eadem die Ale-
xandrum babiloniae diogenemque corinthi uita functos
esse. Erat autem senex olympiade. cxiii. Feruntur
eius ista uolumina. Dialogi capitulorum ichthyas.
cornix. pardus. plebs atheniensium. Res p. Arsmo-
ras. De diuitiis. Amatorius. Theodorus hypsias. Aristar-
chus. De morte. Epistule. Tragoedię vii. Helena. Thie-
stes. Hercules. Achilles. Medea. Crysippus. Aedipus.
Porro socrates in primo successionis. et satyrus in quarto
de uitis nihil esse diogenis affirmant. Tragoediolas autem
ait satyrus philisti aeginensis esse dyogenis discipuli.
Sotion autem in saeptimo hec sola dyogenis esse ait. De
uirtute. De bono. Amatorium pauperem. Tolmeum. Par-
dum. Cassandrum. Caephalionem. Philistum. Aristar-
chum. Sysiphum. Ganimedem. De usu epulas. Fuerunt
autem quinque diogenes. Primus appolloniates physicus.
Eius autem scriptorum initium fuit. Quocumque dicere
aggraedienti operae praetium esse uidetur: initium ir-
refragabile ponere. Saecundus sycionius qui pelopone-
siaca scripsit. Tertius hic ipse. Quartus stoycus ex seleu-
tia. Appellatus est autem babilonius: ob uicinitatem. Quin-
tus tarsensis qui de questionibus poeticis scripsit: quas etiam
soluere nititur. Hunc uero philosophum athenodorus in quarto
deambulationum ait. quod ungi solitus sit lucidum
saemper uisum esse.

MONIMUS

MONIMUS syracusanus. dyogenis quidem
discipulus. famulus uero mensarii cuius-
dam corinthii fuit: ut socrates tradit.
Ad eum xeniades qui diogenem emerat
frequens pergebat. uirtutemque ipsius operum
atque in dicendo uim predicans monimum in eius pelle-
xit amorem. Ille enim continuo simulata uesania abicer

monetam: omnemq; mense pecuniam coepit: donec a
domino repudiatus continuo se ad diogenem contulit.
A d secutus est autem & cratem cynicum saepius. caete-
rosq; id genus studiose consectatus. Qua ex re factum
ē ut eum dominus suus ad huc magis insanire puta-
rit. Fuit autem uir eloquens & doctus adeo ut menan-
der comicus ipsius mentionem fecerit in quadam co-
media sic de illo dicens. Monimus uir quidam fuit
o philo: sapiens ignobil. Modico q peram gessit. Peras
ergo tres. Sed imaginis uerbo edixit simile nihil ei q
dictum ē nosce te ipsum: neq; his quae sunt in laude.
S ed sup hec omnia mendicus ille ac sordidus. Nam q
reliquum ē omne fastum ee ait. Adeo uero grauis: tan-
taq; constantia fuit: ut contempta gloria: solam ueri-
tatem appeteret. Scripsit autem ludicra sententiis ser-
permixta. De appetitionibus .ii. & exhortatorium;

o ONESICRITVM alii quidem aeginesem
tradunt. Porro demoetrius magnesius
astipalensem fuisse ait. Et hic ex diogenis
ludo probatissimus. Videtur autem qd-
dam hic simile cum xenophonte. Ille qp-
pe cum cyro. hic cum alexandro militauit. Ille cyri pe-
diam hic alexandri scripsit initia. Ille cyri hic alexan-
dri prosequitur laudes. Est autem & stilus utriusq;
simillimus nisi in quantum quod transcribit secun-
dum ab exemplari ē. Fuit & menander diogenis di-
scipulus cognomento drymus. homeri admirator &
aegeseus sinopeus cleos cognominatus: & philiscus aegyne-
sis quem prediximus;

c CRATES ASCONDI filius thebanus ipse
quoq; inter sapientissimos diogenis discipu-
lus fuit. Caeterum hyppobotus non diogenis di-
scipulum fuisse ait. sed brisonis achyui. hu-
ius ista feruntur ludicra. Pera ciuitas ē in medio
nigro typho pulchra, & pinguis circumfusa nihil hns.
A d quam nemo nauigat neq; qui stultus parasitus q sit.
N eque audis meretricis obscenis q: exultans opibus.

sed anniuum atq; allia fert & ficus & panes. de quibus inuicem non certant neq; sumunt arma pecuniae aut gloriae gratia. Est & ephemeris illa uulgatissima.
Apono coquo minas decem: medico dragmam. Assentatori talenta quinq;. Consiliario fumum. meretrici talentum. Philosopho triobolum. Vocabatur autem & thyrepanæctas: quod in omnem ingrederetur domum & corriperet. Est eius & illud. hec habeo que didici: & queq; curaui atq; me diue docuerunt munera musae. Quodq; ex philosophia fuisset adeptus: lupinorum chaenicen & nullius rei curam. Fertur eius & illud. Amorem sedat fames. sin minus tempus.
Eis situ non uales laqueus. Floruit maxime circa centesimam tertiam decimam olympiadem. hunc ait anthysthenes in successionibus: cum in tragedia quadam cerneret thelephum sportulam tenentem. aliasq; opulentum ad cynicam philosophiam pertraxisse illumq; patrimonio uendito: erat quippe uir nobilis: cum agregasset plusquam ducenta talenta: ciuibus ea dimisisse: adeoq; constanter philosophatum esse ut & philemon comicus ipsius mentionem fecerit. Ait nempe.
Estate quippe habuit pallium crassum ut se contineret. hieme autem pannum. Refert autem diocles: persuasisse sibi diogenem: ut peculium dimitteret: ac siquid pecuniæ haberet iactaret in mare. Atq; cratis quidem domus ab alexandro hypparchiæ uero a philippo. Quosdam ex propinquis ad se uenientes atq; auertere ab instituto molientes sæpe numero baculo persequebatur constansq; perdurabat. Porro demetrius magnesius ait deposuisse illum pecuniam ad trapezitam ea conditione ut siquidem filij idiote essent. eam illis redderet sin autem philosophi. plebi distribueret. Nihilo quippe egere philosophos. Eratosthenes autem refert cum ex hipparchia de qua dicemus: natus sibi esset filius: pasides nomine cum iam adultum ad ancille adduxisset domum ac dixisse. hoc ei paternum esse matrimonium. Ceterum mechorum exilia & cedes tragicorum esse praemium: eos uero qui scortis congrederentur comicorum. Quippe ex luxu & ebrietate

insaniam gigni. huius frater pasides fuit euclidis
discipulus. Eius facetum quippiam fauorinus in
secundo commentariorum refert. Ait enim pro his de-
precans gymnasii principem eius ilia tetigit. Illo in-
dignante quid enim ait? nonne & ista tua sunt sic
& genua? Dicebatque possibile non esse inueniri quod
lapsus non sit: sed uelut in malo punico granum aliquod
putridum esse. Cum nicodromum cytharedum irri-
tasset, caesus in faciem est. Carthulam itaque imponens
fronti inscripsit Nicodromus fecit. Scorta ex in-
dustria insectabatur maledictis. una & se ipsum exer-
cens ad perferenda conuitia. Demetrio phalereo qui sibi
panes ac uinum miserat exprobrabat dicens. Utinam
& fontes panes ferrent. Constat igitur aquam bibis-
se. ab atheniensibus ciuitatis uiris peritis arguebatur cur
sindone amiciretur. Quibus ille. Theophrastum in-
quit ostendam uobis opertum sindone. Non creden-
tibus induxit illos in tonstrinam ubi ille tondebatur
ostenditque lino coopertum. Cum thebis a principe gym-
nasii flagris caesus esset: siue secundum alios corin-
thi ab euthycrate: ac pede traheretur: dicebat ridens
ΕΛΚΕ ΠΟΔΟΣ ΤΕΤΑΓΩΝ ΔΙΑ ΒΗΛΟΥ ΘΕΣΠΕΣΙΟΙΟ
Diocles autem pertractum a menedemo eretriensi testatur.
Nam cum esset decorus & asclepiadi phliasio usui
esse uideretur: tetigit crates illius coxas dicens intus
asclepiades. Qua ex re indignatum menedemum
traxisse illum idque eum dixisse. Zeno uero citieus
in libris de usu, pellem ouis quoque insuisse pallio re-
fert ut esset informior. Erat autem & facie turpis
& cum se exerceret ridebatur. Solebat autem subla-
tis manibus dicere. Confide crates pro oculis & cor-
pore reliquo. Hos autem uidebis irrisores iam iam
ex morbo contrahi ac te beatum dicere se autem
ociositatis arguere. Dicebat autem tamdiu philosophandum
esse quoad uideantur duces nobiles esse asinarii. Deser-
tos dicebat qui cum assentatoribus essent: non secus ac
rituli cum inter lupos sunt. Neque enim cum illis pro-
pinquos: neque cum his esse: sed insidiatores. Cum
autem sentiret se morti proximum inspiciebat se ipsum

dicens · Perge iam amice p͞ge ad inferni sedes statu·
obscenum curue · Erat quippe ex senectute curuatus
Alexandro rogante num uellet restitui : ac refici patriā
suam · quid ait opus ē · Rursus enim fortassis alexan
der eam alius diruet · habere se patriam contemptū
gloriae : & paupertatem fortune nunq̄ casura bona ·
dyogenisq; ciuem ēē inuidiae insidias nō metuentis ·
Meminit ipsius & menander in geminis dicens : Mecū
enim ambulab͞ pallio amicta : Sicuti cum chrate cy
nico quandoque coniunx · Et filiam tradebat illis :
ut ip̄e ait probationi triginta inductis dieb; ;

METROCLES · hipparchiae frater : cum p͞us
audiret theophrastum p͞ipateticum · adeo
corruptus erat : ut cum saepe inter disseren
dum crepitum uentris emitteret : p͞ pangore
animi domi inclusus moraretur · contine
re uolens · Hoc agnito crates ingraessus ē ad eum cō
solaturus ac lupinis ex industria uoratis : p͞suasit q͞;
illi primum uerbum : nihil mali fecisse · fore quippe
prodigium : ni non & secundum naturam flatum
emitteret · Tum uero & ip̄e in huiusmōi crepitum e-
rumpens : illum ex similitudine operis erexit · hic ip̄i
auditor fuit · euasitq; uir in p͞hia eminens · hic libros
suos ut ait heccaton in primo cōbussit dicens · Sunt ista
somniorum phantasmata · ueluti deliramenta · Sunt
q; theophrasti commentaria : que ex illius ore p͞cepat
combussisse ferant : ac dixisse · Vulcane celer age : ni
hil hic tui indiget thetis · Res docebat : partim emi pe
cunia partim tempore : ut disciplinas liberales · Diui
tias nocere nisi quis eis digne utatur · Obiit senex
a se ip̄o suffocatus · Porro discipuli eius fuere theom
brotus atq; cleomenes · Theombroti auditor fuit :
demetrius alexandrinus · Cleomenis autem timarch͞
alexandrinus & echades ephesius q; & ip̄e theombro
tum audiuit a quo menedemus de quo postea dicem͞ ·
Fuit inter illos insignis & menipp͞ sinopeus · Incidit aūt
in illoꝝ retia haud inuitus Metroclisq; soror hypparchia

.HIPPARCHIA.

HIPPARCHIA metroclis soror. Erant autem
matronitae. Amabat autem cratis uitam atq;
uerba: neque ulla omnino procorum excel-
lentia potuit auelli. nō opib; nō nobilitate
non pulchritudine. sed hec omnia sibi crates erat paren-
tib; q; minabatur: seipsam nisi huic traderetur necatu-
ram. Cum igitur crates aparentib; puelle rogaretur. uti
ab hoc illam proposito auerteret. postq̄ egit omnia. nec
psuasit. exurgens omni sua supellectili ante illius oculos
exposita: hic ait sponsus. hec cuius possessio ē. Ad hec de
libera. Neque enim esse nr̄i consors poteris: nisi eade;
studia attigeris. Elegit continuo puella: sumptoq; ipsius
habitu: una cum uiro circuibat & congrediebatur in
aperto. atq; ad cenas proficiscebatur. Quo tempore &
ad lysimachum ad conuiuium uenerunt. ubi & theo-
dorum impium coarguit. sophisma huiusmodi obici-
ens. Quod faciens theodorus iniuste nō diceretur/ id
hipparchia si faciat: facere iniuste nō dicetur. Theodo-
rus autem seipm feriens iniuste nō agit. ne hippar-
chia quidem theodorum caedens iniuste agit. Tum il-
le ad id quidem minime respondit: sed illius palliū
traxit. sed neq; territa neq; pturbata hipparchia: ut
mulier ē. Verum & dicente sibi illo. hec ē que texti-
ni reliquit radios. sum equidem inquit theodore. Sed
num tibi male de me ipa statuisse uideor: si tempus
qd in textrino consumptura eram: discipline potius im-
pendi? Hec & alia innumera de philosophante fe-
mina dicuntur. Fertur & cratis epistularū liber: inq̄;
preclare phatur. Stilus ipe sepe platoni similis uidet̄.
Scripsit & tragedias altissimo phie stilo: Quale illud
ē. Non una patriae mihi turris: nō una tecta sed terre
omnis & domus parata nob modo uiuere detur. Obijt
uetul⁹ atq; in boetia sepultus est;

MENIPPUS & ipe cynicus. patria quidem phoe-
nix condicione seruus fuit ut ait achaicus
in ethicis. Diocles autem dominum ipius
& ponticum fuisse. batonemq; uocatum tra-
dit. Cum uero precupiditate importunius peteret: thebari

fieri ualuit. Edidit quidem dignum memoria nihil
P orro ipsius libri multo risu referti sunt non secus atque
meleagri qui tempore suo fuit. refert hermippus diur
num feneratorem fuisse uocatumque hemerodanistem;
Nanque nautica usura foenerari conarique ut pecunias
complures cogeret. Tandem insidias perpessum omnibus
priuatum esse ac prae merore laqueo sibi uitam extorsis
se: Quidam eius libros non ipsius esse sed dionysii et
Zopiri colophoniorum tradunt. qui iocandi causa conscri
bentes: ei ut disponere idoneo dederunt. Fuerunt
autem menippi sex. Primus qui de lydis scripsit Xan
tumque breuiauit. Secundus hic ipse. Tertius stratonic
sophista. Quartus sculptor. Quintus et sextus pictores
utrosque memorat appolodorus. Cynici autem uolumina
tredecim sunt: ·νεκυια·. Testamenta epistole composite ex
deorum persona ad phisicos et mathematicos grammaticosque
et epicuri foetus et eas que ab ipsis religiose coluntur
imagines et alia;

MENEDEMUS

MENEDEMUS caloti lampsaceni discipulus
fuit. hic ut ait hippobotus intantum pro
digiose superstitionis uenerat: ut sumpto
habitu furie: circuiret dicens: speculatorem
se ex inferno uenisse peccantium ut iterato descendens
hec ibi demonibus renuntiaret que uidisset. Vestis h
erat pulla tunica talaris astricta puniceo balteo. Pyl
leus archadicus capiti impositus: habens intexta elementa
xii. cothurni tragici: barba prolixa: uirga in manu fra
xinea. Atque iste quidem uite sunt singuli cuiusque cy
nicorum. Subicienda nunc et que communia illis uisa sunt.
S iquidem et sectam hanc philosophie esse iudicauimus non
ut quidam uolunt constantiam uite. Placet ergo illis
rationalem naturalemque philosophiam tolli oportere ab aristo
ne chio non dissidentibus: moralique soli intendi. Quodque
plerique socrati. hec diocles diogeni inscribit. huic asse
rens dixisse inquirendum: quid nobis boni malique domi sit
Repudiant et disciplinas liberales. Denique neque discen
das litteras dixit antisthenes. ne frugi effecti peruer
terentur alienis. Tollunt et geometriam et musicam;

& caetera id genus. Nempe enim & diogenes cuida;
ostendenti sibi horoscopium utile sane inuentum ait:
ne priuemur caena. Ad eum uero qui musicam sibi
preferebat ait. Nam uiro⁊ sententijs bene se hent ur
bes atq: domus nō cantib: nec pulsib: Placet eis &
finem esse secundum uirtutem uiuere ut antisthe
nes ait in hercule. similiter ut stoicis. Nam societas
quidem ē inter has duas sectas. Vnde & cynismum
dixere breuem ad uirtutem uiam. Atq: ita uixit &
zeno citieus. Placet item eis simplex & parabilis uic
tus: quippe qui sobriis cibariis utuntur. & solis pallijs
D iuitias gloriam nobilitatemq: contemnūt. Itaq: ple
runq: herbis & aqua tantum frigida utuntur opim
tisq: fortuitis & dolus sicuti diogenes qui dicebat deo⁊
quidem ēē proprium nihil indigere: eorum uero qui
diis essent similes: minimis egere. Virtutem dicunt
ēē docibilem ut in herculem ait antisthenes. Esseq:
minime reiiciendum sed studiose colendum ac sine pec
cato sapientem & simili amicū. Fortune quoq: nihil
permittendum. Quae uero inter uirtutē ac uitia sunt:
aeque ut aristochius indifferentia appellant. Et isti qe;
cynici fuere. Veniendum ad stoicos quo⁊ princeps
fuit zeno cratis discipulus;

LAERTII DIOGENIS VITE ATQVE SENTEN
TIAE EORVM QVI IN PHILOSOPHIA CLA
RVERVNT LIBER VII. INCIPIT FELICITER

ZENO.

ZENO MNASEI SIVE DEMEI fili
citieus: ex cypro graeca ciuitate phoeni
cib; frequenter accolis. Collo fuit in
alteram partem inclinatiore: ut refert
thimotheus atheniensis in libro de
uitis. Appollonius autem tyrius: gra
cili corpore statu procero. & atra cute fuisse illum auc
tor ē. Vnde illum quidam ut chrysipp' in quinto pro
uerbio⁊ ait aegyptium palmitem dixit. Crura habuit
turgida imbecilla & infirma. idcirco & perseus ī cōmetariis

conuiuialib(us) ip(s)um refert complures cenas declinasse. Ve
scebatur p(er)libenter ficubus recentib(us) atq(ue) ad solem passis.
A uditorq(ue) ut dictum e(st) cratis fuit. Deinde stilponem &
audisse & xenocratem decennio p(er)petuo no(n) desunt q(ui)
affirment sicuti timotheus in dione. Polemonis inde(m)
frequentasse auditorium. Porro hecaton & apollonius
tyrius in primo de Zenone libro scribit: cum oraculu(m)
consuluiss&. quo pacto optime uiuere poss&. respon
disse deum: si mortuis colore consors e(ss)et. Q(uo)d ille cu(m)
intellexiss&: se ad legendos antiquorum libros magno
contulisse studio. Deniq(ue) cratis hoc modo familiaritate
usus est. Purpuram ex foenice mercatus aduectans ad
peceum naufragium fecit. ea iactura subtristior factus
athenas ascendit annos iam triginta natus. seditq(ue) penes
librorum uenditorem. Legente autem illo secundum
xenophontis commentarior(um): delectatus ille & iam letior
sciscitari p(er)git: ubi nam eiusmodi uiri morarentur. Oppor
tune tunc p(re)tereunte crate: digito illum ostendens huic
inquit sequere. Ex eo iam cratis auditor erat. Alias q(ui)
dem aptissimus ad ph(ilosoph)iam: uerum ut uerecundior q(ua)m
ut se ad impudentiam cynicam conferre poss&. Id ubi
animaduertit crates curare illum studens: ollam lenticu
la refertam dedit: ut p(er) ceramicum ferr&. Cum aute(m)
uider& pudescere illum atq(ue) uerecundari: baculo ictam
p(er)fregit ollam. Illo fugiente & lenticula p(er) crura deflu
ente: quid inquit fugis puniceolum? Nihil mali pas
sus es. Aliq(ua)ndiu igitur audiuit cratem. Quo tempore
cum scripsiss& de re p(ublica). quidam iocantes aiebant in
cauda canis illum scripsisse. Praeterea scripsit & ista.
D e uita secundum naturam. De appetitu siue d(e) hominis
natura. De perturbationib(us) t(ue)l uitiis. De officio d(e) lege. De
graeca p(rae)stia. De aspectu de toto. De signis siue de notis.
P ithagorica uniuersalia. De dictionib(us). Problematum
homericor(um). V. De poetica. Est ipsius item & ars & so
lutiones & argumenta .ii. commentaria. Cratis mora
lia. Atq(ue) isti quidem libri eius sunt. Postremo discessit
& quos prediximus audiuit ad .xx. annos. Vbi & il
lum dixisse ferunt. Tunc secundis uentis nauigaui
quando naufragium feci. Alii sub crate hoc dixisse aiu(n)t.

Quam bene fortuna fecit: que nos phie applicauit. Quidā:
deposito atheniis onere: sic demum ad phiam fuisse cō
uersum. Vertens igitur se ad porticum uariam: quae &
pisianactia appellabatur ex uaria & multe sententię pic
turā: piloquotii orationem formabat. uolens & locum
illum stabilem facere: nullisq: seditionib' ultra uiola
bilem. Nanq: ad mille quadringentos triginta ciuis ibi
fuerant necati. Eo igitur ad illum audiendum discipu
li iam confluebant. Atq: ideo stoici uocati sunt: etiāq
ab ipso antea zenonii appellabantur: ut epicurus in
epistolis ait. Siquidem & ante illum stoici qui in illa
morabatur poete dicti erant ut ait eratosthenes in viii.
de antiqua comedia a quib; multum incrementi ea ap
pellatio accepit. Enimuero summo in honore apd athe
nienses habebatur zeno. Adeo ut urbis ac moeniū
apud illum claues deponerent. coronaq: aurea & erea
imagine honorarent. Hoc autem & ciues ipsius fecisse
ferūt magno sibi ornamento fore uiri imaginem existi
mantes. Amplectebant' illum & sydonii citiei. Suscipie
bat & antigonus. ac si quando athenas contendiss& au
ditor eius erat multumq: orabat. ut se ad eum conferr&.
Id ille quidem facere renuit. Ceterum pseum unū ex fa
miliarib: misit demetrii filium genereq: citieum qui q:
olympiade. c.xxx. florebat. zenone iam sene. Est autē
hic textus eplę antigoni ut refert apollonius tyrius in his
quae de zenone scripsit. Rex antigonus zenoni pho. s.
Ego fortuna me quidem & gloria uitam tuā anteire exi
stimo. ceterum disciplinis studiisq: liberalib: & pfecta
foelicitate quam tu te possides: longe abste praecelli sentio.
Quocirca te orare statui: uti ad me proficiscaris. id m̄ p
suadens: te praeces meas minime irritis fieri passurum.
Tu igitur modis omnib' enitere: ut tuo contubernio frua
mur. hoc pro certo habens: te nō mei tantum sed omniū
simul macedonum eruditore fore. Nam q macedonie
regem erudit: atq: ad uirtutē imbuit. eum & subditos
quosq: instruere ad fortitudinē & probitatē certū est.
Nam cuiusmōi fuerit dux tales ut plurimū subditos fieri
necesse ē. Vale. Ad hec zeno ita respondit. Zeno anti
gono regi. sal. Amplector tuū maxime discendi studiū.

q̄d ueram : utilem : atq; necessariam : nō popularem & q̄
ad peruertendos mores tendit eruditionem apprehendere
institutis : Qui enim phię amore ac studio tenetur. declinat
q; caelebrem illam & uulgarem uoluptatem : quae quorū
dam adulescentulorum animos effeminat : eum nō natura
modo nobilitatem tueri : uerum uirtutis instituto mani
festum ē. Porro liberali ac nobili ingenio si adiiciatur
modica exercitatio. neq; desit praeceptoris copia : mature
ad pfectam uirtutis euadit frugem. Equidem nisi senec
tus obsisteret : sum enim octogenarius corpusq; preterea
inualidum : ipe ad te pgerem ut iubes. Quia uero id
nō datur : quosdam ex contubernalib; meis ad te mit
to qui animi bonis me minime inferiores sunt & cor
poris commodis exuperant. his tu si studiose congredia
re nihil quod ad ueram ptinet beatitudinem desidera
bis. Vale. Misit autem pseum quem diximus. theba
numq; philonidem. Vtriusq; horum epicurus mentio
nem facit in epla ad aristobulum fratrem congressosq;
antigono memorat. Placuit atheniensium quoq; de il
lo decraetum. quoniam ē memorabile subnectere. Est
autem huiusmodi decretum. Arrenida principe aca
mantidis trib; quinto magistratu me mactononis de
cima. magistratus tertia decima. Presidentium comu
rata decreuit. hippo. cratistoteles xipeteon : & ceteri ꝑ
matu Thraso thrasonis filius anacheus dixit. Quo
niam Zeno mnasei. f. citticus complures annos in
ciuitate phię uersatus ē atq; in omnib; uir bonus esse
psistit ac iuuenes qui ad illum disciplinae causa con
uenerunt ad uirtutem & frugalitatem exhortando ad ea
que sunt optima incendit. uitam suam uerbis ac doc
trinae suae consentaneam exemplar omnib; praeponens
bona fortuna uisum ē plebi laudare zenonem mnasei. f.
citticum & aurea corona coronare secundum legem uir
tutis ac temperantiae gratia. praetereaq; construere illi se
pulturam in ceramico publice. corone autem faciende.
exedificandi tumuli a plebe iam quinq; uiros ex athe
niensib; eligere : qui curam habeant. decretumq; hoc scri
tione malorum quoq: alia ee̅ ΤΕΛΙΚΑ. alia effectiua alia in
utrumq: modum se habentia. Inimicu̅ nempe & quae

l qi ronat

ab ipo exoriuntur incomoda effectiua ee. Stupiditate
autem & humilitatem & seruitutem & molestiam &
moerorem ac tristitiam omnemq: actum malitię ad fi-
nem ptinere. Ea uero scutroq: modo hnt. Nam & ex eo
quod inferunt in foelicitatem effectiua sunt. & ex eo
quod eam ut pote ipsius partes implent ad finem ptinē.
P raeterea bonorum animi: alia habitus sunt: alia affec-
tiones. alia neutrum. Affectiones quidem uirtutes
st. habitus autem studia. Porro actiones neq: habitus
neque affectiones sunt. Communiter aūt bona sunt
mixta: ut foecunditas prolis. & quieta senectus. Sim-
plex uero bonum ē scia. ac saemp quidem presentia bōa:
uirtutes nō saemp autem omnē conducens & oportunū ut gaudiū & ambulatio Bonū aūt
& comodum & utile & aptum & pulchrum iuuans &
optabile & iustum ee. Conferens quidem qđ ea cōferat
quib: contingentib: emolumentū capimus. Oportunū
quod ea quę oportet contineat. Commodum qđ ad-
id accomodatum sit ut excaellat emolumento extrin
saecus contracta commertia. Utile qđ usum prestet uti-
litatis. Aptum uō qđ laudabilem conuenientiā opet.
P ulchrum qđ uenustum sui usum prebeat. Iuuans qđ
tale sit. ut iuuare possit. Optabile quod eiusmōi ut
optione proposita merito id eligamus. Iustum uero:
quod iuri ac legi concordet efficiatq: societates. honestū
autem qđ sit pfectum dicunt bonū quod oēs a natura
quaesitos habeat numeros sit q perfecte moderatū. Ei
quatuor species tradunt. Iustitiam fortitudinem tempā
tiam. scientiam. Porro his honestis actiones consumā
ri eadem iisdem ratione turpe qđ est ī in species qua-
tuor scindunt iniustitiam formidine intempantiā
& insipientiam. Dici autem honestum unice quidem:
qđ possessores sui laudabiles facit bonum dignum lau
de. Aliter autem bene & apte ad opus suum natum
ee. Aliter uero quod ornat cum dicimus solum sapi
entem bonum honestumq: ee. Dicunt autem qđ ho-
nestum sit id solum ee bonum. ut hecato in primo dē
bonis ait & Chrisippus in libro de honesto. Id autem
ee uirtutem & qđ sit uirtutis particeps. Cui ęquale illđ
ē. bonum omnē qđ sit. id honestum ee honestūq: ae

ac bonum tantundem ualere. Id autem huic simile ē
Nam quia bonum ē: honestum ē. Est autem honestū
bonum ergo ē. Putant & omnia bona ee paria. bo-
numq: omne summopere ee appetendum. idq: nec
augumentum suscipere nec detrimentū. Eorum aūt
que sunt alia bona alia mala alia neutra. bona qdem
uirtutes ee. prudentiam. iustitiam. fortitudinē. tem
pantiam & cetera id genus. Mala uero his opposita
uitia. imprudentiam iniustitiam & cetera. Neutra
uero quae neq: prosunt neq: obsunt. ut ē uita. sani
tas uoluptas. pulchritudo. robustitas. opes. gloria no
bilitas & quae his opposita sunt. mors. egritudo. do
lor. turpitudo. infirmitas. inopia. obscuritas atq: i-
gnobilitas & his similia. ut ait hecato in septimo d
fine & appollodorus in ethice. & Crysipp'. Non eni
ee ista bona sed indifferentia p spetie producta. Sicut
enim caloris proprium ē calefacere non refrigerare
ita & boni proprium prodesse ē non nocere. Non aūt
magis prosunt q̄ nocent. opes atq: sanitas quo aūt
bene uti & male uti possumus. Non ē autem bonum
opulentia & sanitas. Possidonius tn̄ ista quoq: dix
bona. Sed neq: uoluptatem bonum dicunt. hecato
in nono de bonis & Chrysippus ī libris de uolupta-
te. Esse enim & fedas uoluptates. nihil uō foedum
ee bonum. Prodesse autem ē mouere aut habere se
cundum uirtutem. Contra nocere ē mouere aut ha-
bere secundum uitium. Duob autem modis dici
indifferentia. Vno quidem ea que neq: ad foelicita-
tem neque ad infoelicitatem conferūt: ut sunt diui-
tiae. sanitas uires. gloria & cetera id genus. Nam & sine
his possibile ē felicem esse: cum earum usus ł rectus
foelicitatis ł prauus infoelicitatis auctor ē. Aliter aūt
dicuntur indifferentia quae neq: appetitū neq: occa-
sionem mouent: ut ē ł pares in capite hr̄e capillos ł
impares. ł extendere ł contrahere digitum. Priora
enim quae diximus indifferentia non ita se hn̄t. Illa-
quippe & appetitum & occasionem mouent. Idcirco
alia quidem ex eis eliguntur cum cetera equa rōne ł
eligenda sint ł fugienda. Porro indifferentium alia qde

producta sunt que . προηγμενα . dicunt ; alia abducta
quae ἀποπροηγμενα uocant . Producta quidem que ha
beant aestimationem sequentia uero q̄ extermatione
careant . Existimationem uō aliam quidem conferre aliq
ad consentaneam uitam quae circa omne bonum ē . alia:
uero mediam quandam uim aut usum cōferre ad eā
uitam quae sit secundum naturam . Cuiusmodi dicere
possumus opes atque sanitatem : siquid afferant ad natu
ralem uitam . Aliam uero ēē probati uicissitudinē quā
cunq; statuent peritus rerum . Ut uerbi gratia commuta
re cum ordeo triticum . Esse igitur producta quae & exi
stimationem hn̄t ut in eis quidem que ad animū ptī
nent : ingenium : artem : profectum : & similia . In corpo
ralib; autem : uitam : sanitatem : robur : bonam habitu
dinem : integritatem . pulchritudinē . In eis uero que sunt
externus : diuitias : gloriam : nobilitatem : & his similia :
Contraria autem supiorib; in hisque ad animum ptinent .
obtusionem : hebitudinē : inhertiam & his similia . Por
ro in corporalib; : mortem : morbum : imbecillitatē : ma
lam habitudinem : debilitatem : turpitudinē : atq; his
similia . In exteriorib; autem : paupertatem : obscuritatem
ignobilitatem & cetera in hunc modum . Neq; uō pro
ducta sunt : neq; nō producta que neutro se hn̄t mō
Preterea productorum alia quidem p se ipā producta st̄
alia uō pp alia . alia & pp se ipā & pp alia . p se ipa q̄ꝫ
ut ingenium profectus & similia . Per alia uero ut di
uitiae nobilitas : & cetera id genus . Ob se ipā uero & alia
& ualentia uiuacitas . sensuum incolomitas . Per se ipa q̄ꝫ
quia p naturam sunt ; p alia uero quia nō modico usui
sunt . Eodem se modo hn̄t : abductum contraria rōne
Officium autem id ēē dicunt . qd̄ quur factum sit . pro
babit ratio recti pōt . Pertingere autem id ad arbores
ēt & animantes . Notari namq; & in his officia . Ceterū
a Zenone p̄mo καθηκον appellatum officium ex eo qd̄
p quosdam ueniat appellatione sumpta . Esse autem id
actionem quandam naturalib; apparatib; propriam
Nam ex his que secundum appetitum gerunt : alia q̄dem
ēē officia . alia uero preter officium . Ea uō officia intel
ligenda quae ratio facienda suaserit . ut parentes honorare .

fratresq; ac patriam tueri. amicos parare. itq; ad ee. Pret
officium sunt queq; ratio fugienda suggesserit: ut e pa-
rentes negligere fratrum omittere curam. amicis non con
sentire. patriamq; aspernari & cetera in huc modum. Queq;
autem ratio fieri. neque hortatur: neque uetat: ea neque
officium ee: neque praeter officium. Ut est festucam tollere:
tenere stilum: uncum & cetera id genus. Atq; alia quidem
officia ee absque errore alia cum errore. sine errore quidem
ut se sensusq; tueri & similia. Quae uero cum errore fiunt.
ut mutilare seipsum substantiamq; proicere. Eadem ratione
& de his que praeter officium sunt. Preterea officiorum
alia quidem semper efficienda sunt ut e interrogare & res
pondere & ambulare & eius generis omnia. Eadem & in
his que sunt praeter offitium ratio e: ut e pueros ob
temperare pedagogis. Aiunt autem animam octo in partes
ee diuisam. Esse autem has illius partes quinq; sensus:
uocalemq; particulam & cogitabilem que e ipsa mens: &
generandi uim. Enimuero ex falsis accedere puersionem
exeaq; complures pululare perturbationes atq; inconstantie
causas. Est autem secundum Zenonem ipsa perturbatio in
rationabilis ac praeter naturam animi motus siue appetitio
habundans. Porro perturbationum supprematum ut ait
hecato in secundo de perturbationibus ac Zeno in eo quem
scripsit itidem de perturbationibus libro quatuor ee genera
dolorem. metum. concupiscentiam uoluptatem. Putat
autem perturbationes iuditia ee ut Chrisippus in libro de
perturbationibus ait. Quippe auaritiam opinionem ee inhe
rentem de pecunia quod honesta sit ebrietatemq; inde;
& intemperantiam. & cetera similiter. Ac dolorem quidem in
rationabilem animi contractionem ee. Eius autem species:
misericordiam: inuidiam: emulationem: Zelotipiam: an
gorem: conturbationem: tristitiam: merorem: confusionem.
M isericordiam igitur egritudinem esse ex alterius miseria in
iuria laborantis. Inuidiam uero dolorem ee in alienis bonis.
Emulationem dolorem ee ex eo quod alius potiatur quod quisq;
cupierit. Zelotypiam egritudinem ee ex eo uenientem quod
adsit alteri quod ipse quisq; habeat. Angorem uero egritudinem
ee prementem. Conturbationem egritudinem esse angustan
tem difficultatemq; praestantem. Tristitiam egritudinem

permanentem altius insitam animo atq: crescentem. Merorem
egritudinem laboriosam. Confusionem egritudinem esse irra-
tionabilem mordentem & praesentia conspici prohiben-
tem. Timorem autem metum esse impendentis mali. Porro
ad timorem & ista referuntur. Metum pigritiam: pu-
dorem: terrorem: tumultum: anxietatem. Esse autem me-
tum timorem: trepidationem facientem. Pudorem metum
esse ignominie. Pigritiam metum futuri laboris. Terrorem metum
ex insuete rei imagine proficiscentem. Tumultum metum esse
cum adhesione uocis. Concupiscentiam uero irrationabilem esse
appetitum cui & ista subiciãtur indigentia: odium: con-
tentio: ira amor: uerecundia: excandescentia. Est autem in-
digentia cupiditas quedam cum eo non potimur quod cupi-
mus. ac ueluti a re ipsa seperata frustra uero ad illum nitens.
O dium uero est cupiditas qua male cuipiam optamus: cum
profectu aliquo & incremento. Contentio cupiditas quedam
est a belectione perfecta. Ira libido puniendi eius est qui lesisse
uideatur iniuria. Amor autem est concupiscentia quedam
in praestantis ingenio uiros non cadens. Est enim insidia-
trix industriae & studii per apertam ac se ingerentem pul-
chritudinem. Iracundia est ira inueterata & plena odii:
ulciscendi tempus obseruans. Quod hisce uerbis ostenditur
P orro excandescentia est ira nascens & modico existens. Ce-
terum uoluptas est irrationabilis eius rei appetitus quae ui-
deatur expetenda. Eius partes sunt delectatio: gaudium:
in malis oblectatio effusio. Est autem delectatio suauitate
auditus animum deliniens. Insultatio autem: uoluptas
in malis alienis. Oblectatio quedam est inductio animiq:
inclinatio ad uoluptatem emolliens. Effusio uero uirtutis
dissolutio est atq: remissio. Sicut autem in corpore sunt egro-
tationes quedam: ueluti podagre: & articulorum dolo-
res: ita & in animo gloriae appetitio inmodica muliero-
sitas & caetera eiusdem generis. Est autem egrotatio mor-
bus cum imbecillitate. Morbus autem opinatio uehe-
mens eius rei que uideatur expetenda. Et sicut in cor-
pore casu gignuntur egritudines quas ευεμπτωσίας
dicunt puta bilis & pituita: ita & in animo sunt que-
dam procliuitates & inuidentia: contentiones: ac si-
milia. Esse autem & bonas affectiones aiunt tres. gaudium.

i. timori contrariū q̄ ē declinatio sine rōne

uoluntatem: cautionem. Esse gaudium placidum & cō
stans: contrarium dolori rationabilemq: uoluptatem:
C autionem uero: malorum declinationē: cum ratione. Nā;
metuere nunq̄ sapientem. sed cauere. Cupiditati uo-
luntatem contrariam dicunt. que sit appetitio rōnabil.
Quemadmodum igitur sub prioribꝫ ꝑturbationib; que-
dam adiunguntur: ita & sub primis affectionibꝫ. Nanq;
uoluntati adiungi beniuolentiam: placiditatem: leni
tatem: dilectionem. Cautioni autem uerecundiam: ca-
stitatem & cetera id genus. Gaudeo iocunditatem: le-
titiam æquanimitatem. Aiunt autem & sapientem semꝑ
quietum ēē ac ꝑturbationibꝫ uacantem. Esse autem
& alium sine passione: malum scilic& q̄ tantum ua
lere: ac si dicatur durus & aduirtutis actiones immobil
F astu itidem uacare sapientem. quippe tantidem hono
rem & gloriam existimare. q̄ti dedecus & ignominiam.
Esse & perditum quemlib& sine fastu quippe qui æque
moueatur ad dedecus & ignominia. Seueros item aiūt
ēē sapientes omnes. quod neq: ipi loquantur aduolup-
tatem: neq: ab aliis aduoluptatem dicta admittant.
E sse autem & alios seueros: q ad rationem acriorū ui-
ni seueri dicantur. quo admedicamēta potius q̄ ad pro
potionem utuntur. Sinceros item ēē sapientes: obserua
req: & cauere solicite nequid de se melius q̄ sit comen-
dare putentur: fuco seu arte aliqua mala occultante &
bona quae insunt apparere faciente ac circumcidere uo
cis omnem fictionem. Essēidem spetie a negotiis remo
tos. Cauere enim nequid praeter officium faciant. Ac
uinum quidem bibere: nō autem inebriari nunq̄. Ite;
sanitatem mentis excidere. Incidere autem aliquando
in phantasias monstruosas ꝑꝑ atre bilis redundantiam.
siue ob delirationem nō quidem deuiatione rōnis: uer
ex imbecillitate nature. Neq: dolore capiendum sapiē
tem quod is egritudo sit animi rōne aduersante con
tractio sicut apollodorus ait in moralibꝫ. Diuinosq;
ēē qd in se ipis quasi habeant deum. Malum uō & i-
pium ac sine deo ēē. quod duplici ratione accipitur:
siue q̄ deo contrarius dicatur: siue quod aspnetur deū.
I d tamen malis omnibꝫ nō conuenire. Pios autem ac

religiosos ēē sapientes: peritos enim ēē diuini cultus.
Dus item sacrificia facturos. castosq: futuros quippe ea que
in deos admittuntur peccata detestari. diisq: caros ac
gratos fore: qđ sancti iustiq: in reb; diuinis sint. So
los sacerdotes ēē sapientes. consulere quippe atq: de
cernere de sacrifitiis templorum instructionib' lustra
tionib; q: caeteris que sunt diis gratissima. Colendos
item parentes ac fratres post deos mon&. Aiunt aūt
affectum & indulgentiam in filios ipis ēē naturalem
malisq: in ēē negant. Peccata item paria existimant ut
Chrisippus ait in quarto naturalium questionum per
seusq: & Zeno. Nam si uerum uero maius nō est. nec
falsum falso maius erit. Ita nec fraus fraude: nec pec
cato peccatum. Nam & qui centum stadiis abē a canopo
& qui uno eque in canopo nō sunt ita & q minus pec
cat & qui amplius: eque in recto opere non sunt. He
raclides tamen tarsensis antipatri tarsensis necessarius
atq: athenodorus imparia peccata dicunt. Accessurum
item sapientem ad rem. p. nisi quid impediat ut Chri
sippus in primo de uitis ait. Nanq: & uitia pro pulsa
turum & ad uirtutem excitaturū ciues suos. Uxorem
item ducturum procreandoꝝ liberorū causa ut Zeno
ait in re. p. Sapientem preterea nō opinaturū: idest mē
datio nō accessurum. neq: assensurum cuiq. Cynicamq:
sectam amplexurum. ēē enim illam ualidam ac cele
rem ad uirtutē uiā. ut apollodorus in moralib' fatetur.
Gustaturum item humanas carnes si ita cā obuenerit. So
lumq: liberum ēē sapientem. malos autem seruos. Esse
enim libertatem: potestatem operandi: qua stulti & ma
li careant omnino. Esse autem & seruitutem aliamq:
in subiectione consistat. & tertiam que in subiectione ac
conditione sit. Cui opponitur dominatio. & ipā mala
Nom modo liberos esse sapientes: uerū & reges. cum sit
regnum imperium nemini obnoxium. qđ de sapienti
b; solis ueraciter asserit. ut Chrisippus ait in libro qđ
Zeno proprie sit usus nominib'. Statuere enim ait opor
tere principem de bonis ac mal'. Hec autem malorum sci
re neminem. Similiter & ad magistratus & iuditia &
oratoriam solos illos idoneos neminemq: malorum. Esse

itidem impeccantes: qd in peccata incidere no possint eeq:
innocuos. nam neq: aliis nocere neq: sibi misericordes no
ee. neq: ueniam alicui hre. neq: enim preuaricaturos costi
tutos a lege cunctatus. Nam caedere: misericordiaq: & ma
suetudo ipa nulla inest animę aduersus ciuitatus: simu
latione benignitatis: neq: illos arbitrari duriores. Sapien
tem preterea nihil eorum admirari quae uideantur mira-
bilia & insperata: ut pote charonia fluxusq: maris & reflu
xus & fontes calentium aquarum. atq: ignium euaporatio-
nes. Enimuero neq: solitarius inquiunt sapies uiuit est
enim social prauitum atq: actione gaudet. Exercitationeq:
suscipit firmandi ac roborandi corporis causa. Orabitq:
inquiunt sapiens ac uota faciet bona: a diis postulans: ut
possidonius in primo de officiis & hecato in tertio d para-
doxis aiunt. Dicunt item amicitiam solos inter bonos
quos sibi inuicem studiorum similitudo conciliet: Posse
consistere. Porro amicitiam ipam sotietatem quandam
ee dicunt omniumque sunt aduitam necessaria cum
amicis ut nob ipsis utamur. ob q: a ad amicum eligendu
pronuntiant. amicorum multitudine inter expetenda
ponunt. Inter malos constare no posse amicitiam cum
nemine stultorum esse litigandum omnesq: stultos in
sanire neq: enim prudentes ee: uoerum pinsanię equi-
lem stultitiam omnia gerere. Sapientem omnib: benefacer:
sicuti & ismenium dicimus tibiis omnib: bene cecinisse:
Sapientem quoq: ee omnia quippe pfectam ill potestatem
a lege prestitam. Caeterum malorum ac stultorum que-
dam quemadmodum & iniquorum. Aliter quidem ci
uitatis aliter autem utentium dicimus. Virtutes sibi inui
cem ita ee connexas: ut qui unam hueit omnes habeat.
Esse quippe illarum communes speculationes. ut Chrisipp
in primo de uirtutib; appollodorusq: in phisice secundum
antiquum morem & hecato in tertio de uirtutib; aiunt.
qui enim probus sit: ea despicere: & agere que sint agen
da. que uo facienda sint: ea et eligenda ee & substinenda
& distribuenda. Sequuntur autem prudentiam quedam co
siliorum maturitas & intelligentia. temperantiam uo ordis
constantia & hornatus. Iustitiam autem aequitas & gra
titudo. fortitudineq: constantia atq: ualentia. Placet

P autem eis nullum inter uirtutem ac uitium esse medium
peripateticis e contra inter uirtutem & uitium profectum sta
tuentibus. Quemadmodum enim lignum aut distortum
aut rectum oportere esse aiunt: ita uel iustum uel iniustum.
neque uero iustus. neque iniustus. Atque in ceteris similiter.
Ac uirtutem Crysippus quidem amitti posse. cleantes uero
non posse ait. Ille posse amitti per ebrietatem & atram bilem.
ille non posse ob firmas ac stabiles comprehensiones. Ipsam
uero esse eligendam. Erubescimus denique in his quae ma
le agimus. adeo quod sit honestum id solum scimus esse
bonum: ipsamque sibi sufficere ad bene beateque uiuendum
ut ait Zeno & Chrisippus in libro de uirtutibus & heca
to in secundo de bonis. Si enim inquit magnitudo animi
sola sufficit: qua omnibus fastigio mentis transcendamus:
ipsaque pars uirtutis est. profecto & uirtus sola sufficit ad
beatam uitam. ea quoque contemnens quae molesta uidentur.
P anetius tamen & possidonius uirtutem minime suffice
re dicunt. uerum opus esse & bona ualetudine & affluen
tia rerum & robore. Placet item eis uirtute semper uti: si
cuti cleantes ait. Admitti enim non potest: semperque per
fecto animo utetur sapiens. Natura quoque ius non po
sitione constare: sicuti & legem & rectam rationem ut
C hrisippus in libro de honesto. Videtur autem eis ne disso
nantiam quidem a philosophia discedere. Hac enim ratione
prius defecturam omnem uitam quam defuturam philosophiam:
ut possidonius in exhortationibus ait. liberales quoque disciplinas
esse magno usui sapienti. Chrisippus auctor est. Placet item
illis nullum nobis ad animantes ceteras ius esse ob natu
rae dissimilitudinem. ut crisippus in primo de iustitia &
possidonius in primo de officiis tradunt. amaturum quoque
sapientem eos iuuenes qui prae se ferant speciem indolis:
ingeniumque ad uirtutem aptissimum: ut Zeno in libro
de re p. & chrisippus in libro de uitis primo & apollodo
rus in moralibus aiunt. Amorem uero adminiculum be
neficentiae: propter apparentem uenustatem. neque congressus esse
uerum amicitiae. Nempe enim thrasonidem & quidem
cum haberet in potestate amatam abstinuisse ab ea ne odiretur
E sse igitur amorem amicitiae modum ut Chrisippus in libro
de amore ait. neque esse inuisum. Pulchritudinem item uirtutis

esse florem. & cum triplex uite genus sit: speculatiuu;
actiuum: ac rationale. tertium istud eligendum dicut.
Quippe effictum a natura rationale aal ad speculatione
& actionem. Rationabiliterq: aiunt sapientem se ipm
educturum e uita & p patriae & amicor causa. siue int
acerrimos doloris aculeos: siue membror mutilationes:
aut incurabiles morbos illi occumbendum sit. Plac& ite
illis uxores quoq: communes ee oportere apd sapien
tes ut quilib& illi congrediatur que sibi prior occur
rerit. ut ait Zeno in re. p. & Chrisippus item in libro
de re. p. diogene itidem cynico ac platone hui' cotatus
auctorib. Omnes enim patrum instar aequa caritate
diligemus. tolleturq: adulterii suspitio & zelotipia.
Etiam uo rem. p. ee optimam que sit mixta ex regno &
populari dominatu optimatumq: potentia. atq: in mo
ralibus quidem decretis huiusmodi sunt. pluraq: his
& tradunt. no improbabili ratione subnixi. Verum
ista summatim ac ueluti p capitula & elementa dixis
se sufficiat. Caeterum phisicam ronem diuidunt i locu
de corporib; & de principiis & elementis: & diis & fi
nibus: & loco & in ani & ista quidem p species diuidut
Generaliter autem in locos tres de mundo de elemen
tis: tertiumq: de causis. De mundo locum in duas di
stingui ptes dicunt. Vna enim cosideratione in ipius
asaci societatem & mathematicos. p quam de fixis ua
gisq: siderib disputant. puta si sol tantus sit quant'
uidetur. & lunae itidem quanta sit magnitudo. &
de ortu occasuq: siderum. atq: caeteris huiusmoi que
stionib. Alteram eius consideratione ee que solis co
gruat phisicis qua salic& que sit illius substantia ac
de sole utrum genitus an ingenitus sit & utrum aia
tus sit an uero inanimis corruptibil ne an incorrup
tus. & prouidentia agatur nec ne. Ac in hunc modu
de reliquis. Causalem quoq: rationem & ipam esse
bipartitam. Eius alteram speculationem medicos esse
comunem qonem. qua inquirunt de principali aie deq:
his quae fiunt in animo. & de seminib' atq: eius ge
neris ceteris. Reliquam uo mathematicos quoq: sibi
usurpare. quomodo salic& uidemus. & que sit causa

pspicatis fantasiæ. qua ratione constent nubes: toni-
trua q; & irides & comete & his similia. Videtur aũt
illis duo ee rerum omnium principia faciens uidelic&
ac patiens. Quod igitur patitur: sine qualitate ee
sbstantiam materiam quod autem faciat. uerbum
deum ee: qd in ipa sit. Hunc enim quippe sempi-
ternum p ipsam omnem singula creare. Ponit autẽ
hoc decretum Zeno cutieus in libro de essentia. Clean-
thesq; in libro de athomis. Et chrisippus in primo
phisicorum in fine. Archedemus quoq; in libro de
elementis. & possidonius in secundo naturalĩ ronis
D ifferre autem aiunt principia & elementa. Nam illa
quidem ingenita ee & corrumpi nõ posse elementa
uer p igneam euaporationem corrumpi. Sed & cor-
pora esse omnia principia & ipa informia. hec uo
formata. Corpus autem id appellat apollodorus in
phisica: qd secetur in tria: in longitudinem: latitu-
dinem: & altitudinem. Id autem & solidum cor-
pus appellatur. Porro supfities ẽ corporis finis siue
corpus. Longitudinem solam hñs & latitudinẽ.
sed carens altitudine. Hanc autem possidonius ĩ
quinto de cælestib; & secundum intelligentiã & secũ-
dum sbstantiam reliquit. linea planitiei finis ẽ siue lon-
gitudo absq; latitudine: siue corpus solam hñs longi-
tudinem. Punctus autem ẽ lineę finis. notaq; minima.
V num quoq; deum ee: ipmq; & mentem & fatum &
iouem multisq; aliis appellari nominib;. Principio
que igitur illum cum eet apd se: substantiam p aerẽ
in aquam conuertisse. Et quemadmodum ĩ foetu
semen continetur: ita & serendi mundi ronem in
humore resedisse: materia ad opandum aptissima pa-
rata. ex qua cetera post hac gignerentur. Tum genuis-
se primum elementa quatuor: ignem: aquam: aerẽ
terram. Disserit ista zeno in libro de uniuerso. Chri-
sippusq; in primo physicoꝝ & archedemus in quodã
de elementis. Est autem elementũ ex quo primo pro-
deunt quæ fiunt: & in quod extraemum soluuntur
E sse autem quatuor elementa simul infectam seu in-
compositam substantiam materiã. Esse item ignem

calidum aquam humidam · aerem frigidum: terrā q:
aridam · Non solum: sed & adhuc in aere inēē ean-
dem partem · Summo igitur ĩ loco ignem ēē quem ethe-
ra dici oport& in quo primū immobilium astroꝝ or-
bem ēē natum deinde errantium · Post hūc aera:
tum aquam extremam autem omniū terram quã
mediam omnium ēē · Mundum uō tripliciter di-
cunt: ipm q: deum quem ex omni substantia dicūt
propriam qualitatem q & incorruptibil̄ & ingeni-
tus sit · opifex tanti opis componendi: ut quotānis
orbes suos pagat sol in se ipm omnem substantiam
consumēs · ac eam rursus ex se ipo gignēs ipm q: or-
natum caeli mundum ēē dicunt · tertium q sit · ex
utrisq: compositus & ē mundus ut ait possidoni⁹
in meteoricis praeceptis: qui constat ex coelo & terra
& terrenis caelestib; q: naturis siue q constat ex diis
& hominib; : eisq: reb; quę horum gratia condite sūt.
Coelum autem ē extrema circumferentia in qua diuinū
omne fixum ac locatum ē · Mundum quoq: regi ac
disponi secundum mentem ac prouidentiā: ut Chri-
sippus ait in quinto de prouidentia · & possidonius
in xiii · de diis mente p omnes partes pertingente: sic
& in nrā anima contingit · sed p alias magis p alias
minus · Per alias enim ueluti habitus recessit ut per
ossa ac neruos · p alias ueluti mens ut p principale.
Sic igitur: & mundum totum q animal est: & aīat⁹
ac rationalis · hr̄e principale suum aethera ut ait an-
tipater tyrius in octauo de mundo: Chrisipp⁹ in p̄mo
autem de prouidentia & possidonius in libro de diis ·
caelum aiunt principale esse mundi · Cleanthes uō
solem · Crisippus rursus a se dissidens in eodem: puris-
simum dixit ac liquidissimum aethera · que & iam
p̄mum asserunt deum: sensibiliter ueluti infusum
esse p aera omnia: cunctas q: animantes & arbores per
terram autem ipam secundum habitum · Unum esse
mundum & hunc finitum · rotunda globosa q: figu-
ra · Nam q: ad motum ēē huiusmoī orbem aptissimū
ut ait possidonius in quinto de rōne phisica & anti-
pater in libris de mundo · Extra ipm autem circūfusū

esse uacuum immensum quod sit incorporeũ. Incorpo-
reum autem id ee qđ a corporib; contineri queat. non
autem contineatur. Porro nihil in mundo ee uacuum
sed inter se mirabili ee unitate deuinctũ. Id eñ
cogere cælestium ad terrenam concordiam & congruen-
tiam. De uacuo differit chrysippus in libro de inani &
in primo naturalium artium & apollophanes in phisica
A pollodorusq; & possidonius in secundo rõnis naturał
Esse autem & incorporea ista similia. Tempusq; praeterea
ee incorporeum q̃ interuallum sit mundani motus hui9
preteritum infinitum ee. ac futurum. pñs autem finitũ
P lac& autem eis & corruptibilem ee mundum qppe geni-
tum eorum ratione quę p sensus intelliguntur: cuius &
partes sint corruptibiles & totum. Partes autem mundi
corruptibiles sunt in se enim inuicem mutantur. Est igit
corruptibił mundus. At quicquid mutari in deterius
potest: corruptibile ẽ. & mund9 autem hic mutationi
& corruptioni obnoxius ẽ. Nanq; & ex siccatur & in
humorem soluitur. Mundum uero fieri: cum ex igne sba
p aerem uersa in humorem fuerit. Deinde crassior ipsius
pars effecta fuerit terra. Porro subtilior in aerem cesserit
eademq; magis ac magis extenuata in ignem euaserit. Tum
ex his permixtis exortas ee animantes. & arbores & alia
genera mundanę creaturę. De generatione igitur & cor-
ruptione mundi & Zeno in libro q de toto inscribitur
disputat & chrisippus in primo phisicorum & possidonius
in primo de mundo. Cleantesq; & antipater in decimo d
mundo. Porro panetius corruptibilem asserit mundũ.
Q uod autem sit animal mundus. & rationale animatum
& intelligibile & Chrisippus in primo de prouidentia dis-
serit. & apollodorus in phisica & possidonius. Sic inte;
animal quod sit substantia animata sensibił. Animal .n.
eo q̃ non sit animal praestantius ẽ. Nihil autem mundo
praestantius. Est ergo animal mundus. Porro aãtum ẽẽ
inde manifestum est. quod anima nr̃a inde ueluti auulsa
sit. Boetus autem ait. nõ ee animal mundum. Unum
item ee & zeno in libro de toto & chrisipp9 & apollodor9
in naturalib; & possidonius in primo rõnis naturalis tra
dunt. Omne aũt dicitur ut ait apollodorus: mundusq; & secdm

alterum mundum q̄ ex mundo & exteriore uacuo ꝯstat

M undus igitur finitus ē sed manē illud infinitum. Cæ
terum sidera illa que fixa sunt cum cęlo toto una cir
cumferri. errantia autem suis motib; agi. Porro solem
obliquum iter pagere p signiferum orbem. Lunamq;
similiter nunc plenam ēē. nunc cornib; fulgere. Esse
autem solem quidem purissimum ignem: ut ait pos
sidonius in XVII. de cęlestib; ac terrē molem sua ma
gnitudine uincere ut idem ait in XVI. rōnis natural.

E sse item orbicularem: ad mundi rationem: idem ip̄e
autor ē. Ignem ergo esse q̄d omnia ignis pagat mu
nera maiorem autem terrae globo. quod omnis ab illo
illustretur neq; ip̄a modo. sed & coelum. Id etiam q̄
terra coni instar ūbram faciat. maiore ēē significat

O mnib; autem ex partib; caerni pp magnitudinem lu
nam uō plus habere de terra quippe q̄e illi propior
ē. Nutriri autem hec ignea & astra cętera. Solem
quidem ex mari magnō q̄ sit intellectuāl uapor.

L unam uero ex potabilib; undis. q̄d sit pmixta aeri
ac uicina terrae: ut possidonius in VI. de rōne natu
rę ait. extera cętera. Putant & globosa sidera ēē &
inmobilem terram. Lunamq; proprio carere lumine:
sed id a sole mutuari. Deficere autem solem q̄e cum
ante illum ex ea parte qua terras respicit se opposue
rit luna: ut in libro de toto scribit zeno. Appar&
enim q̄ñ ex concursione mutua illum occulit: rur
sumq; restituit. Notatur id maxime p uas æreum
patens in quo sit aqua. Lunam uero cum in terræ in
ciderit umbram. quo circa tunc solum hoc defectu la
borare cum plena fuerit. Et quidem cum p diametrū
soli mensib; singulis obiecta sit. Nam cum obliquo
motu contra solem moueatur. Latitudine differt: cū
ł ad australem ł ad septentrionale uergit plagam.

C um tamen illius latitudo ad solis & eam quæ media
interiac& latitudinem uenerit. Deinde fuerit emen
sa solem: tunc deficit. Mouetur autem eius latitu
do p ea quæ media sunt in cælis. & scorpione & ariete
& tauro ut ait possidonius. Deum uero ēē animal in
mortale: rōnale: pfectum: siue intellectuale beatum:

a malo omni remotissimum prouidentia sua mūdu;
& quae sunt in mundo disponens omnia nō tamen
inesse illi humanę formae liniamenta. Caeteru̅ esse
quidem opificem immensi huius opis sicuti & patre̅
omnium. Communiter autem & ipsius partem que
p omnia penetrat. eamq: multis appellari nominib;
iuxta proprietates suas. Namq: iouem dici qđ omes
uiuat: eumq: graece ΔΙΑ appellari q p ipm sint oia.
eundem ΖΗΝΑ uocari quod uitae omnium sit auctor
δεηνδη autem qđ in ethere distentum sit principa
le ipm. ηρδη uero quod in aere. ηφεςτον q; q in arti
ficiali igne ποσειδωνα quoq: qđ in humore caereremq:
qđ in terra. Similiter & appellationes alias probabili
quadam ratione interpraetati sunt de diuina substan
tia Zeno mundum totum atq: celum Crisippus q;
in primo de diis. & possidonius in primo de diis. &
antipater in septimo de mundo. aeriam ipsius sub
stantiam tradunt. Boethus autem in libro de natura
dei substantiam fixorum syderum orbem dix. Natu
ram uero aliqn quidem exponunt quae continet
mundum. aliquando uero quae germinare humu;
facit: nascią: sup terram omnia. Est autem natura
habitus ex se ipō motum accipiēs iuxta seminalem
rationem efficiensq: & continens. queq: ex ipo sut.
statutis diffinitisq: temporib. eaq: efficiens: a quibus
discreta p naturam ē. Hanc autem & uoluptati pre
ferre commodum q ex hominis constat opificio. Fato
autem ferri omnia: Chrisipp in libris de fato & Zeno
Boetus quoque in primo de fato tradunt. Est aut
fatum connexa rerum series: siue ratio p quam mu
dus administratur. Diuinationem item omnem aiut
subsistere siue & esse prouidentiam ipamq: p ascen
sus quosdam artem diffiniunt ut ait Zeno & Chri
sippus in secundo de diuinatione athenodorusq: &
possidonius in xii de ratione naturae & in v dedi
uinatione. Panetius autem hanc non subsistere dixit.
E tenimuero rerum omnium substantiam primā materiā
dicunt. ut & Chrisippus in primo rerum naturaliu
& Zeno Est aut materia ex qua quodlibet fit appel

latur q: dupliciter. materia scilicet atq: substantia. siue
illa omnium: siue rerum singularium ac ueluti ꝑticula
rium causa. Ac omnium quidem materia neq: maior
neq: minor efficitur. Est autem alia eorum quae ī parte
sunt Corpus autem esse substantiam diffiniunt idq:
finitum: ut antipater ait in sæcundo de substantia &
apollodorus in phisica. Passibilq: ē ut idem ait. Nā
si eēt immutabilis: nulla rōne que fiunt: ex ea fieri pos
sent: hic & illius sectio in infinitum tendit. quā infi
nitam Chrisippus ait. Nihil enim infinitum ē. inq̄ sec
tio cadit. uerum finita ē. Concretiones item fieri ꝑtotū
ut Chrisippus ait in tertio naturalium. & nō ꝑcircum
scriptionem & appositionem. Quippe uini modicum pe
lago iniectum: aliquandiu dorso se æquoris intendēs
obluctabitur. postmodum defluet atq: unā corrumpet.
Q uosdam item esse demonas dicunt: quibꝫ insit homi
num miseratio: inspectores humanaꝝ rerum. heroas q̊q:
solutas corporibꝰ sapientium animas. Porro ex his que
manant ab aere: hiemem quidem eē aiunt aerem alge
dum: ob solis in anteriora processum. Ver autem tempie
aeris quando suo ad nos cursu sol agitur. Estatem uō
eminente terræ aerem: confotum & calefactum solis ac
septemptrionē cursu. Autumnumq; fieri recursu solis.
a nob ad ea loca aquibus fluunt. Ceterum eiusce tem
pestatum gignendarum auctorem eē solem: nubes eua
porantē. Irim uō reflexos esse ab humidis nubibꝫ ra
dios. siue ut ait possidonius in caelestibꝫ declaratio sal
sure solis. siue limae in nube rosacia concaua atque
continua ad immaginationē ueluti in speculo cōspicans
magni orbis circumferentiā. Cometas autem & pogo
mas: & faculas igneas eē subsistentes. qn̄ crassior aer ad
æthera loca ꝑuehitur. Iubar autem repentini ignis incen
dium q cito ꝑ aerem fertur longitudinisq: phantasiam
insinuat. Pluuiā uero conuersionem ex nubibꝫ in aquā.
cum siue ex terra siue ex mari solis ui sursum delatus hu
mor effectu caruerit. Eam uō congelatam pruinā dici.
G randinem uero cōcretam nubē a uento comminutam. Ni
uem autem humorē ex concreta excussum nube ut ait
possidonius in. viii. de rōne naturæ. Coruscationē accensionē

nubium.

nubium quae a uento illidantur atq: rumpantur ut
Zeno ait in libro de toto. Tonitruum uō fragorē ēē: qui
ex nubium collisione pficiatur. Fulmen autem incensio
nem ualidam uehementi cum impetu terris irruentem
cum inuicem ui uentorum colliduntur nubes atq: pru
puntur. Alii conuersionem ignei ac flammantis aeris
uiolenter delapsam. Tiphonem uō: fulmen uiolentum
magna ui spiritus demissum: siue fumantem spiritū
rupta nube dilapsum. Pristerem nubem igni circūfusā:
cum flatu in terre concaua: siue in terram concluso:
& coartato spiritu in terram: ut ait in octauo possidoni⁹.
Esse autem illius plura genera. scilicet terre motus. hiat
illuuies. ebullitiones. Placet autem eis & ordinem ita
se hr̄e. Terram mediam centri ratione obtinere. postq̄
globosam aquam. & ipām idem hr̄e centrum cum
terra. Itam aqua terram ēē post aquam: rotundum ae
rem spere instar. Esse autem in caelo circulos quinq:.
ex his primum septentrionalem qui saemp apparet. se
cundum tropicum aestiuum. tertium equinoctialem. quar
tum hiemalem tropicum. quintū antarcticū q nō
appareat. Dicuntur autem paralelli. quia nō se inui
cem conueniunt. Describuntur tamen circa idem cen
trum. Porro Zodiacus idest signifer circulus obliquus
ē. quippe paralellos lustrans. Quinq: autem zone sūt
sup terram. Prima austrat suparcticum circulum. ri
gore frigoris inhabitabilis. Secunda tempata. Tertia ni
mia ui aestus inhabitabit que torrida dicitur. Quarta
temperata. Quinta septentrional' itidem frigore inhabi
tabit. Opinantur item naturam ignem ēē artificialem
suo itinere ad generationē tendentem. id ē spiritum ignis
speciem artisq: prae se ferentem. Animam uō sensibile;
eamq: ēē nob insitum & ingenitum spiritum. Ideo &
corpus ēē ac durare post mortem ēē tamen obnoxiam
corruptioni. Ceterum mundi animam ēē incorrupti
bilem: cuius partes sunt animantiū anime. Zeno aūt
citieus. & antipater in libris de anima & possidonius:
animam spiritum calidum dicunt. hoc enim spirare nos
atq: ab ipō moueri. Cleanthes quidem omnes pdurare
quas hic spiritus candor attigerit. Chrisipp⁹ solas sapien

tuum perpetuat animas. Partes autem animae octo ee di-
cunt quinque sensus & que nob insunt seminales ra-
tiones. uocalemq: & ronalem partem. Videre autem
cum id quod inter uisum subiectumq: lumen ē inco-
ni intenditur spetiem. ut Chrisippus in secundo nã-
lium ait. Appollodorus equidem aeris illam partẽ:
que coni spetiem habeat prope uisum. basim uero
prope id quod cernitur fieri. Quasi igitur p uirgã
intento aere q̃ uideatur renuntiari. Porro audire
cum his qui medius interloquentem & audientẽ
ē aer uerberatur orbiculariter. deĩ agitatus aurib
influit quemadmodum & cisternę aqua p orbes ĩ
iecto agitatur lapide. Somnium uõ fieri cum uis sen-
sibilis circa principale soluitur nostrum. Causas uõ
pturbationum reddunt eas que circa spiritum fiũt
conuersiones. Semen autem esse dicunt qd eiusmoi
gignere potest. a quib ipm quoq: discretum sit. Por-
ro hominis saemen qd emittit homo animae commisce-
ri partib pro commixtione maiorum rationis. Id
autem Chrisippus in secundo naturalium ait. spiri-
tum ee secundum substantiam. idq: ex iactis in hu-
mum seminib constare: que cum antiquata fuerĩt
non iam nascantur. quod scilicet spirauerit illorum
uirtus. Atq: ex omnibus corporib defluere id ait
sphetus. Omnes ergo gignere corporis partes. Porro
feminę saemen infoecundum ee aiunt imbecillumq:
ac modicum & aequum ut sphaerus ait. Principale uõ
potissimam ac propriam ee animę partem in quo phã-
tasię appetitusq: gignantur atq: unde sermo emittat.
Id autem in corde esse. Sed enim ista secundum illos
de rebus naturalib quantum sufficere ad pntis opis
compendium arbitrati sumus: hactenus sunt dicta.
Que nam uõ sint in quib; illorum sententiae differant
breuiter adnotandum. Aristochius phalentusque
cognomento siren finem ee dicunt ad aliquid inter
uirtutes ac uitia indifferenter uiuere nullam q̃ualib&
modicam uarietatem relinquendo. sed aeq: se in omnib
habendo. Esse autem sapientem praeclaro histrioni
similem, q siue therisitis siue agamenonis psonam sus-

gat utrumq: & centesimo gestu imitatur. Naturalem
item ac rationalem locum sustulit dicens alium de
ee supra nos: alium nihil ad nos. solam autem quae
mores instituat partem ad nos ptinere. Similes autē
ee orationes dialecticas dicebat aranearum telis. quae
& siquid artificiosum indicare uideantur inutiles sūt.
Virtutes quoq: plurimas inuexit ut Zeno neq: unam
que multis appellatur nominib; ut moegarici. Sed &
id quoq: quod ad aliquid hr̄e dicitur. In hunc autē
modum philosophans atq: in cynosarge disserens fer
me obtinuit ut secte proprie inuentor diceret. Miltia
des deniq: & diphylus aristonii appellabantur. Erat
autem illi magna psuadendi uis. plaebiq: se maxime
accomodabat. Unde & de illo timon ait & qs aristōis
destirpe populum adtrahens. Congressus autem pole
moni ut diocles ait magnesius: cum Zeno longum
incurrisset morbum sententia decessit. Maxime autē
stoico dogmati illi intendit animum quo dicunt sa
pientem esse opinabilem. Cui pseus reluctatus gemi
nos fratres induxit: ut alter illi depositum daret alt
deinde reciperet: atq: ita herentem coarguit. Exercae
bat autem aduersus archesilaum inimicitias. Unde
cum uidisset thaurum monstruosum matricem ha
bentem: me miserum inquit datum ē archesilao epi
chirema aduersum euidentiam. Achademico cuidā
quicquam se comprehendere neganti: ergo ne inquit hic
iuxta te sedentem nō uides? Negante illo qs ergo te
inquit excecauit? Quis ipa lumina abstulit. Ferūt
eius ista uolumina. Exhortationū liber .ii. De zeno
nis dogmatib; dialogi de scholis .vi. De sapientia δι
ατριβῶν septem. Amatorie διατριβαί. commenta
ria. De inani gloria. comentariorum .iii. De usu .xi. ad
uersus oratores. Aduersus alexini rescripta. Aduers
dialecticos .iii. Ad cleanthem epistolarum libri .iiii. Pa
netius autem & sosicrates solas epistolas ipsius ee di
cunt. Caetera pipatetici aristonis. huc fama ē cum
caluus eet aestum solis excepisse capite: atq: ita uita funē
tum ee. Fuit autem & alius aristo iulietes pipateticus
Alius item musicus atheniensis. Quartus tragicus. Quintus

alcensis: qui artes oratorias scripsit. Sextus alexandrinus peripateticus. Herillus autem calcedonensis finem scientiam dixit. quod est semper uiuere cuncta referendo ad uiuendum cum scientia. ne in ignorantia deiiciamur. Esse autem scientiam habitum in phantasiarum acceptione non uerbis explicabilem. Aliquando dicebat nullum esse finem. sed secundum casus uarios & res immutari ipsum. ut si idem aes & alexandri fiat statua & socratis. Differre autem finem & eam quam dicit υποτελιδα. id est fini subiectam. hanc enim & eos qui sapientes non sunt conspicari. illum neminem nisi solum sapientem. Quae autem inter uirtutem ac uitium sint esse indifferentia. Sunt autem eius libri breues quidem sed succi ac sensus pleni continentque contradictiones aduersus Zenonem. Fertur pueros complures adamasse: quos Zeno cum uellet auertere: tonderi coegit herillum. illosque ab eo auertit. Sunt autem eius libri de exercitatione. De perturbationibus. De opinatione. legifer μευτικοσ. Antiferon magister: parans: dirigens: mercurius: medea: Dialogi questionum moralium. Dionisius uero finem dixit uoluptatem. cum in oculorum dolorem incidisset. eo enim cruciatus acriter dolorem dicere noluit indifferentem. Erat autem diaphanto patre & ciuitate heraclia. Atque ut ait diocles primo quidem audiuit heraclidem ciuem suum. Deinde aleximum. postremo zenonem. Principio quidem studiosus admodum: omnigenis se poematibus addixerat. Aratum tamen carius amplectebatur. quem & imitari satagebat. Demum cum discessisset a zenone sese ad cirenaicos contulit. ac palam lustra ingrediebatur. caeteraque sub omnium gerebat oculis que ad uoluptatem pertinerent. Cumque ad octogesimum uite annum peruenisset: inedia consumptus interiit. Feruntur autem eius libri de sedatione perturbationum duo. De exercitatione duo. De uoluptate. iiii. De diuitiis & gratia & cruciatu. De hominum usu. De foelicitate. De antiquis regibus. De his quae laudantur. De barbaricis consuetudinibus. Et isti quidem a stoicis decretis deuiarunt. Successit autem zenoni Cleanthes de quo dicendum sequitur.

CLEANTHES.

CLEANTHES

CLEANTHES phanii filius assius ut antisthenes ait in successionibus. primum quidem pugil fuit. Profectus autem athenas cum dragmis quatuor. ut quidam aiunt. congressusque zenoni: studiosissime probatus est. inque eisdem decretis persistit. Memorie proditum est: ipsum laboriosissimum fuisse adeo ut inopia cogente: se mercennarium faceret: ac noctu quidem in hortis hauriret aquas interdiu autem studiis operam liberalibus daret. ut et phreatantles idest exhauriens puteos appellaretur. Aiunt illum cum protractus esset ad iudicium redditurus rationem. unde adeo robustus ac tam boni habitus viveret. hortulano apud quem id muneris implebat ac muliere penes quam farinas pinsabat: testibus victus sui usum absolutum esse Areopagitasque admiratos decem illi minas dari censuisse. Zenonem autem accipere illum vetuisse. Aiunt autem et antigonum sibi tria milia dedisse. Item cum ad spectaculum quoddam puberes duceret: venti flatu poene denudatum esse ac sine tunica apparuisse. Qua ex re plausu exceptum: atque ab atheniensibus fuisse honoratum: ut ait demetrius magnesius in equivocis. Admirationi igitur. ob eam quoque rem habitus est. Aiunt antigonum auditorem illius cum rogaret: cuius rei gratia hauriret: audisse. Num solum haurio? Nunquid non effodio et rigo. et cetera facio philosophie causa. Nempe enim et Zeno illum ad id exercebat. iubebatque obulum sibi ex labore afferre. Coactam aliquando stipem in medium familiarium intulit dicens. Cleanthes quidem cleanthe alium posset nutrire si vellet. qui vero unde nutriantur affatim habent. ab aliis querunt que sunt ad usum vitae necessaria: et quidem remissius philosophantes. Ea igitur ex causa. secundus hercules cleantes dicebatur. Erat illi quidem eximium studium. ceterum ingenium obtusum: atque tardissimum. eam tamen tarditatem ingenii labore studio ac diligentia vincebat. Unde et de ipso sic timon ait. Quis iste est aries virorum qui circuit orbem: verborum parcus et cetera. Cumque a condiscipulis obiurgaretur tollerabat: et cum diceretur asinus: non abnuebat dicens se solum ferre posse zenonis sarcinam. Et cum aliquando probro sibi -

daretur: quod esset timidus: at ideo inquit parum pecco.
Suam uero inopiam diuitum opibus praeferens: dicebat dum
illi pila ludunt: ego duram infructuosamque humum
exerceo. Saepe cum foderet se ipsum increpabat. Quae
audiens aristo: quem inquit obiurgas: et ille ridens
senem inquit canum quidem: sed excordem et amentem.
Cum diceret quidam archesilaum uitae officia neglige
re: quiesce inquit neque uituperes. Ille enim et si uer
bis officium tollit: operibus commendat. Ad quem ar
cesilaus: non inquit adulationes admitto. et clean
thes at equidem ait tibi adulor quod dixi alia te face
re. alia dicere. Rogante quodam quid nam filio cre
bro ingerere deberet: illud ait electre. sile sile tenue
uestigium. Lacone quodam dicente laborem esse bo
num: gestiens ait. sanguine praeclaro es dulcis nate.
Adulescenti cuidam disserens: an sentiret rogauit: an
nuente illo cur inquit ego te sentire non sentio. So
sitheo poeta in teatro coram se dicente: quos cleanthis
insania uastat: eodem uultu et habitu perstitit. Qua
ex re permoti auditores huic applaudentes sositheum
abiecerunt. Agenti poenitentiam quod illum hoc maledic
to incessisset respondit dicens: indecens esse liberum
patrem atque herculem: a poetis illudi nec irasci se aut
leui maledicto indignari. Dicebat peripateticos idem
ferme pati quod lyrae. quae cum bene sonent se ipsas
tamen non audiunt. Fertur cum diceret secundum
zenonem ex spetie comprehendi mores posse: adule
scentes quosdam scurras adduxisse ad illum libidino
sum rusticum callis duratum. et illum ut de more
eius sententiam ferret. rogasse. Illum cum aliquandiu haesis
set: iussisse abire hominem. Ubi uero abire coepit: ge
stum illum agnoscens: habeo illam inquit cleanthes:
mollis est. Cuidam soli secum loquenti: hominem inquit
loqueris non malo. Exprobrante sibi quodam senec
tutem: et ego inquit abire uolo. Cum uero me sa
num omni ex parte considero: scribentemque ac legentem:
rursus maneo. Aiunt illum quae a Zenone audierat
teste. boumque ossibus inscribere solitum: cum pecuniis
careret quibus chartas emere posset. hoc uitae instituto.

clarus obtinuit. ut Zenoni succederet. et quidem cum
plures essent illius memorabiles discipuli Zenonis.
Reliquit autem pulcherrimos libros de tempore de phy
siologia zenonis .II. heracliti expositionum libri .IIII.
De sensu. De arte aduersus democritum: aduersus ari
starchum. aduersus herillum. De appetitione .II. An
tiquitatum de diis. De gigantibus. De hymeneo. De poe
ta. De offitio .III. De concilio. De gratia. Exhortatorius.
De uirtutibus. De ingenio. De gorgipo. De inuidentia.
De amore. De libertate. Ars amatoria. De honore. De glo
ria. Politicus. De consilio. De legibus. De iudicando.
De instituto. De oratione .III. De fine. De honestis. De
actibus. De scientia. De raegno. De amicitia. De sympo
siis. Quod eadem sit uirtus uiri & femine. Quod sapiens
sophista sit. De usu ΔΙΑΤΡΙΒΩΝ .II. De uoluptate. De pro
priis. De ambiguis. De dialectica. De modis. De predi
camentis. Hec ab illo scripta sunt. Moritur autem hoc
modo. Tumuit illi ac putruit gingiua. Medicis autem
interdicentibus: biduum totum cibo abstinuit. atque in
tantum conualuit ut medici illi omnes consueta per
mitterent. Ca illum licentia minime usum fuisse. sed
e contra sine cibo perstitisse. dicentem iter iam sibi confectum
esse: atque ita media consumptum: exalasse animam.
Cum ut quidam uolunt Zenonis equasset annos: audis
set que illum annos .XVIIII. hunc ut prediximus post Ze
nonem audiuit & spherus bosphoranus: qui cum in libe
ralibus studiis multum profecisset: alexandriam ad
ptolomeum philopatora se contulit. Orto autem sermo
ne aliquando de opinatione sapientis: spheroque illum
negante opinari: uolens illum rex arguere: mala puni
ca cerea iussit apponi. Sphaero autem decepto: excla
mauit illum rex fallaci dicens consensisse phantasie.
Ad quem spherus: pronte ac parate sic respondens ait.
Consensisse se non ea esse mala punica: sed probabi
le esse mala punica esse. Differre autem comprehensi
bilem phantasiam a probabili. Mnesistrato se accusanti
quur ptolomeum non dixit regem esse: at inquit eius
modi cum sit: regem quoque esse ptolomeum dico. Scrip
sit autem ista uolumina. De mundo .II. De elementis

seminis. De fortuna. De minimis aduersus tonos: &
simulachra. De sensib. De heracliti .V. Diatribis. De
morali instituto de offitio. De appetitione. De perturba
tionib. .II. De regno. De laconica re p. De lycurgo &
socrate .III. De lege. De diuinatione. Dialogos amatorios
D e eretriacis philosophicis. De similib. De diffinitionib. De
habitu. De his quib. contradicitur .III. De oratione
D e diuitiis. De gloria. De morte. Artis dialectice .II.
D e predicamentis. De amphiboloiis epistolas;

CHRISIPPVS

CHRISIPPVS apollonii filius solensis siue tar
sensis ut Alexander in successionib. ait: disci
pulus cleantis fuit. hic primus longa exerci
tatione emensa Zenonis siue cleantis ut dio
cles & plurimi tradunt auditor fuit. A quo ad huc ui
uente recessit: nec in philosophia mediocris fuit: uir ingeniosus
atq: acutissimus, in omni genere orationis adeo ut in plerisq:
dissentiret & a Zenone atq: a cleanthe ipso. cui & saepenumero
dicebat solusse dogmatum doctrine indigere. nam pro
bationes se reperturum. Quotiens uero aduersus illum
disserendo egisset. penitentia tanta ducebatur: ut crebro
diceret. Equidem alias uir sum fortunatus: preterquam in
cleantem. in hoc foelix non sum. Adeo autem in dialecti
ca insignis fuit. tanteq: apud omnes glorie: ut plerique
dicerent. si apud deos in usu esse dialectica non futuram
aliam quam chrisippeam. Caeterum cum esset rerum foecun
dissimus: non usq: adeo dictione clarus fuit. laborisq:
patientissimus ultra omnes fuit: quod ex eius uolumi
nib. constat quae sunt numero septingenta quinq;
E a uero tam multa scripsit. quod de eadem re saepe scribere
adgrederetur omneq: quod incideret mandaret litte
ris ac saepe emendaret magnaq: testimoniorum nube ute
retur. Adeo uero id in consuetudine habuit. ut in quibus
dam opusculis euripidis medeam fere totam insereret.
Q uod ipsius opus cum quispiam teneret in manib. roganti
alteri quidnam id esset. Crysippi inquit medea est. Apol
lodorus quoque atheniensis in collectione dogmatum cu
uellet asserere que epicurus uirib. suis fretus conscripsis
set. absque cuiuspiam adminiculo essent: incomparabiliter

plura q̃ Chrysippi opera. sic aduerbum dixit. Nam si q̃s
tollat de chrysippi libris: queque aliena sunt apposita
uacua illi charta relinquetur. Ita ferme apollodorus. Ce
terum anus quaedam quę illi assidebat auctore dio
cle dicebat quingentos illum uersus quotidie scribere
solitum. hecato autem uenisse eum ad ph̃iam dixit.
cum illius pr̃imonium in regium usum inuectum ẽẽt.
Erat autem imbecillo tenuiq; corpusculo ut ex eius imagi
ne quae in ceramico ẽ: uidere lic&. quę ferme proximo
equite occulitur. Quocirca illum carneades Chrysippũ
uocabat. Ei cum probro daretur quur apd̃ aristonem
cum plurimis non se exercer&: equidem inquit si ut
plurimos intenderem nunq̃ ph̃arer. Dialecticum clean
thi imminentem: eiq; callidas conclusiunculas tenden
tem: desine inquit grandem natu a grauib; reb; abdu
cere: nobis autem iunioribus ista propone. Rursus illum
quidam seorsum nescio q̃d querens modeste alloquebat̃.
Vbi uõ conspexit accedentem turbam: contendere cœpit.
Ad quem ille. hei mihi frater obtutus p̃ turbatur tuus. Sed
cito pone rabiem. rectoq; senti. In potationib; autem age
bat quietem. crura tantum agitans ita ut ancilla dicer&
Chrysippi sola inebriari crura. Adeo autem alta de se sen
tiebat: ut cum rogaretur a quodam: cui commendar& filiũ
dixerit mihi. Nam si quempiam in excellere putarem:
ip̃e apud eum philosopharer. Vnde de ip̃o dictum ẽẽ
aiunt. Solus sapit. caeterę umbrę agitantur: & ñ Crysippus fuiss& porticus nõ ess&. Tandem uõ arcesilao &
lacide. ut sotion in octauo ait in achademiã aduenientib;
se ad ph̃andum coniunxit. Quam ob causam & contra
consuetudinẽ & pro ip̃a disseruit. & de magnitudinib; [se in laudationib']
achademicor̃ argumentis utens. hunc in canando ludo
phantem hermippus ait a discipulis ad sacrificium uocatum
fuisse. Ibiq; tum oblatum dulce merum hausiss&: angu
stijs sp̃s fatigari coepisse: atq; ita demum quinta die defũc
tum ẽẽ: cum septuaginta & tres uixiss& annos olympia
de ut ait apollodorus in cronicis. cxliii. Sunt q̃ dicant ri
sum comprehensum expirasse. Nam cum asinus mandu
car& ficus: anicule dixisse uinum asinę sorbendum da
r&: nimioq; risu detentum exalasse animam. Videtur

autem aspernator immodice fuisse. qd cum tam multa scripserit regum neminem unq laudauerit. Sola aut amicula contentus erat. ut etiam demetrius in homonymis ait. Deniq: cum ptolomeus cleanthem lris orass& ut t ipe ad eum pgere& ut quempiam ex suis mittere&
S pherus quidem profectus e. Crysippus autem ire renuit. Accersitis autem sororis filiis aristocreonte & philocrate: coactis discipulis primus ausus e sub diuo in liceo hre scholam ut praedictus demetrius scribit. Fuit aut & alius chrisippus gnidius medicus: a quo herasistrat testatur multa didicisse. Alterq: huius filius ptolomei medicus. qui calumniam passus: flagris cesus ac supplicio affectus e. Alius item herasistrati discipulus. quart q: poeta georgicorum scriptor. Porro hic ipe phs qbusdam in huc modum rogatiunculis uti solebat. Q misteria prophanis dic impius e. Dic autem mysteria prophanis hierophanta. e ergo impius hierophanta. Item. Quod in urbe e: id etiam in domo est. non e autem puteus in urbe ne in domo igitur. Item e quoddam caput. id autem no habes. Est autem caput aliquod. no ergo hes caput. Aliud. Qui megaris est. athenis no est. Est autem homo megaris. no est igitur homo athenis. aliud. Quod loqueris id p os tuum transit. Currum autem loqueris. Currus ergo p os tuu transit. Item Siquid no amisisti. hoc hes. cornua autem no amisisti. habes ergo cornua. Alii eubulidis hoc ee aiunt. Non desunt q & chrisippum lacerant dicentes illum complura turpiter scene q: scripsisse. Nam in eo opere quod de antiquis physiologis scripsit: foeda de iunone fingit: ac ioue ea dices sexcentis fere uersib; que nemo nisi illoto ore dixiss&.
T urpissimam enim aiunt hanc fingit historiam. & si ut naturalem laudat lustris magis conuenientem q dis. Preterea & que apud eos q de tabul uel pugillarib; scripserunt seperata: neq: enim apd polemonem neq: apud hipsicratem ee: sene apd antigonum qdem ab illo ficta esse. In libro autem de re p. & matribus congredi & filiab; & filiis. Eadem & in libro de his que p se ipa no sunt appetenda statim in principio loqtur

In tertio autem de iure ad mille uersus. defunctos & uo
rare iubens. In secundo autem de substantia & copia p
uidere dicens. quo pacto sapienti quaestus sectandus
sit & cuius rei gratia sectandus. Nam siquidem ut
uiuat uiuere indifferens ē. q si ut fruatur uoluptate
& ipa indifferens ē. si autem uirtutis cā: sufficit ipa ad
beatam uitam. Sunt autem p ridiculi & quaestus hui9
scemodi. Quippe si a rege suppeditentur: cedendum
illi erit necessario: si autem ab amicitia proficiscantur:
uenalis & quaestuosa erit amicitia. Si uero a sapia
mercennaria erit sapientia. Atq; ista quidem sunt illi9
crimina. Quoniam uō clarissimi sunt illius libri ui
sum ē eos hoc in loco p species distinguere. Sunt aūt
isti logici. quaestiones. logica. phi contemplationum ter
minorum dialecticorum ad metrodorum. vi. De hisquae st
in dialectica nominibus aduersus Zenonem. i. Ars dialec
tica ad aristogoram. i. Coniunctorum probabilium ad dio
scoridem. iiii. Logica modi eiusq circa res ē constitutio. i. — De n simplicib9 ploqis. i.
De proloquiis. i. De complicato & connexo ad athenade;
ii. De hisque negantur ad aristagoram. iii. De predica
bilib; ad athenodorum. i. De his que dicuntur p pua
tionem ad thearum. i. De optimis proloquiis ad dium. iii.
De differentia indiffinitorum. iiii. De hisque secundum
tempora dicuntur. ii. De profectis proloquiis. ii. Compo
sitio secunda de uero disiuncto ad gorgyppidem. i. De
uero coniuncto ad gorgippidem. iiii. Acresis ad gorgip — ad id q d consequentibꝰ. i. De duorbis ad gorgippidē. i.
pidem. i. De possibilib9 ad clitum. iiii. Ad id quod est
de significationib; philonis. i. Quaenam sint falsa. i.
Compositio tertia de preceptis. ii. De interrogatione. ii. De
responsione. iiii. Epitome de interrogatioē & responsioē.
i. Epitome de responsionib9. i. Questionis. ii. De respon
sione. iiii. Quarta compositio de predicamentis ad me
trodorum. x. De rectis & obliquis ad philarchum. De
corporib9 siue coniunctionib; ad appollonidem. Ad pa
silum. De predicamentis. iiii. Quinta series de qnq;
casib; i. De enuntiatis secundum subiectum diffinitis
De appellatiuis. ii. De subinsinuatione ad tesagoram. ii. Lo
gice locum circa dictiones & quae ex his constat ora
tionem. Compositio prima de gentilibus ac pluralibus

enuntiationibus. vi. De dictionib' ad sosigenē & alexā-
drum. v. De inequalitate dictionum ad dionem. iiii.
D e sorites aduoces orōnib'. iii. De soloecismis. De soloecizā-
tibus orationib; ad dionysium. i. Orationes preter con-
suetudines. i. Dictiones ad dionysium. i. Constructio
secunda de elementis orationis. v. De constructione
eorum quę dicuntur. iiii. De constructione & elemētis
eorum quae dicuntur ad philippum tres. De elementis
orōnis ad nitiam. i. De eo q̄d ad alia dicitur. i. Compo-
sitio tertia aduersus eos q̄ nō diuidunt. ii. De ambiguis
ad apollam. iiii. De tropicis ambiguis. i. De cōnexis tro-
pice amphibolię. ii. Ad id q̄d scripsit panthodus. De am-
biguis. ii. De introductione ad ambigua. v. Epitomę
ambiguorum ad epicratem. i. Coniuncta ad introductio-
nem ambiguorum. ii. Logici loci ad orōnes ac tropos cō-
positio prima ars orationum & modoꝝ ad dioscoride.
v. De sermonib; iii. De modorum constantia ad stesa-
goram. ii. Comparatio tropicoꝝ proloquiorum. i. De
conuertentib; orōnib; atq; coniunctis. i. Ad agathonē
siue de sequentib; problemmatib'. i. De conclusionib'
ad aristagoram. i. Q. d̄ eadem oratio pluribus modis
ordinetur. i. Ad ea quibus contradicitur. q̄d eadem orō
& contexto, ꝯtrario construatur modo. ii. Ad ea quae obiciūt
sylogismorum solutionib; iii. Aduersus id quod scrip-
sit philo de tropis. Ad timostratum. i. Logica cōiunc-
ta ad timocratem. & philomatem. De orationib' &
tropis. i. Compositio secunda de concludentibus ora-
tionib; Ad zenonem. i. De primis & demonstra-
tione carentib; silogismis. Ad zenonem. i. De solu-
tione silogismorum. i. De fallacib' orōnib; ad pasylū.
ii. De speculationib; silogismorum. i. De inductiuis
sylogismis aduersus zenonem. iii. De silogismis secū-
dum falsas figuras. v. Orōnes silogistice p resolutio-
nem in his quę demonstratione carent. i. Tropicę
q̄ones ad zenonem & philomanthem. i. hic falso
uidetur inscriptus. Compositio tertia. De inciden-
tib; ad athenadem. i. falso inscriptus. Orationes ī-
cidentes ad mesenam. iii. falso inscripta. Aduersus dis-
iunctiuos ameniī. i. Quarta compositio. De cauilib;

qonibus ad meleagrum .i. Orationes hypotetice ad in-
troductionem .ii. Orationes hypoteticae speculationū
.ii. Solutio hypoteticorum alexandri .iii. falso inscripta.
De expositionibus ad alodamantem .i. Quinta cōpositio d'
introductione ad falsum ad aristocreontem .i. Falsae
orationes ad introductionem .i. De fallaci ad aristocre-
ontem .vi. Sexta compositio aduersus eos q putant &
falsa & uera ee̅ .i. aduersus eos q per sectionem soluūt
fallacem orationem ad aristocreontem .ii. Demostra-
tiones qd infinita scindi non oporteat .i. Ad ea que
obiciuntur his que contra sectionem infinitorū scrip-
sit ad pasilum. Solutio secundum antiquos ad dio
scoridem .i. De fallacis solutione ad aristocreontem .iii.
Solutio hedyli hypotheticorum ad aristocreontem & appel-
lam .i. Septima compositio ad eos q dicunt maximas
falsam hr̄e fallacem orationem .i. De negante ad aristo-
creontem .ii. Orationes negantes ad exercitationem .i.
De patuula oratione ad stesagoram .ii. De orōnibus adu-
sus opinationes & dequiescentib' ad onetore .ii. De
operto uel obscuro ad aristobolum .ii. De latente ad athe-
nadem .i. Octaua compositio: de utide ad menocrate.
viii. De orationibus quae ex infinito & finito cōstāt
ad pasylum .ii. De utide oratio ad epicratem .i. Nona
constructio de sophismatibus ad heraclidem & policle .ii.
De ambiguis dialecticis orōnibus ad dioscoridem .v. Ad-
uersus archesilai artem. Ad spherum .i. Decima cōstruc-
tio contra consuetudinem ad metrodorum .vi. De cō-
suetudine ad gorgippidem .vii. Logici loci quae extra
praedictas .iiii. differentias sunt questionesq: logicas
sparsim continēt: non connexas & in corp' redacte. De enume-
ratis qonib; .xxxviiii. Sunt omnia simul logice ptis
uolumina .cccxi. Ethice rōnis quae ad emendationē
moralium notionum compositio prima. Descriptio ora-
tionis ad theoporum .i. Morales qones .i. Probabiles
maxime ad dogmata ad philomathem .iii. Diffinitio-
num urbani ad messodorum .ii. Diffinitionum rusti-
ci ad metrodorum .ii. Diffinitionum ad metrodorum p
genera .vii. Diffinitionū secundum artes alias ad me-
trodorum .ii. Ordo secundus. De similib; ad aristocle .iii.

Diffinitionum mediarum ad metrodorum .ii.

De diffinitionib; metrodorum .vii. Ordinatio tertia.
De his quae non recte diffinitionib; obiciuntur. Ad lau
damantem .vii. Probabilia ad diffinitiones ad diosco
ridem .ii. De speciebus & generib; ad gorgippidem.
.ii. De diuisionib; .i. De contrariis ad dionysium .ii. Pro
babilia ad diuisiones & genera & species & de contra
riis .i. Quarta series. De ethimologiis ad dioclem .vii.

ethimologiis ad dioclem .iiii.

Quinta series. De prouerbiis ad zenodotum .ii. De poe
matibus ad philomathem .i. Quomodo oporteat
audire poemata .ii. Aduersus criticos ad diodorum.
.i. Moralis loci circa communem orationem. & eas
que ex ipso constant artes & uirtutes. Primus ordo.
Aduersus rescriptiones ad timonactem .i. Quomodo
singula dicamus & cogitamus .i. De notionib; ad lau
damantem .ii. De opinatione ad pitonactem .iii. Pro
batio contra id quod dicitur non opinaturum esse
sapientem .i. De comprehensione & scientia & ignoran
tia .iiii. De oratione .ii. De sermonis usu ad leptinam.
Ordo secundus. Quod recte antiqui dialecticam iudicant
cum probationib; ad zenonem .ii. De dialectica ad
aristocreontem .iii. De his que dicuntur contra dialec
ticos .iii. De rethorica ad dioscoridem .iiii. Ordo ter
tius. De habitudine ad cleonem .iii. De arte & iner
tia ad aristocreontem .iiii. De differentia uirtutum
ad diodorum .iiii. Quod uirtutes equales sint .i. De
uirtutib; ad polidem .ii. Moralis loci de bonis &
malis. Series prima. De honesto & uoluptate ad ari
stocreontem .x. Probatio quod non sit uoluptas finis
.iiii. Probatio quod uoluptas bonum non sit. .iiij.

deesse uidetur mul
tum in .vii. li. sed
ita habetur in greco
exemplari.

Pitagoras

H ACTENUS · DE IONICA PHILO
SOPHIA QUE A THALETE MI
LESIO INITIUM ACCEPIT AC
de uiris q in ea memorabiles fuere ·
Age uero iam & de ea que italica co
gnominata ē · loqui pgamus · Eius
uero princeps fuit · Pythagoras mnesar
chi anulorum sculptoris filius · ut hermippus ait sa
mius siue ut aristoxenus tradit tyrrenus ex una in
sula quam eiectis tyrrenis athenienses possederunt ·
S unt q marmacum illius patrem · auum hippasum &
euphronem · attauum cleonymumq: ab auum q ex
phliunte pfugerit dicant habitasseq: marmacum sa
mi · Atq: ideo pythagoram samium di · Inde migras
se lesbum · ibiq: a Zoilo patruo pherecidi syro com
mendatum · Tres subinde argenteos calices fuisse
fabricatum · eosq: singulis in egypto sacerdotib; dono
dedisse · Habuit & fratres maiorem quidem natu eu
nomum · medium tyrrenum · seruumq: Zamolxim ·
cui gete sacrificant · saturnum ut herodotus ait exi
stimantes · Hic ut prediximus principio quidem phe
recydem audiuit syrum · Post eius uero obitum pro
fectus samum · hermodamanti iam seni creophili ne
poti se in disciplinam dedit · Cum autem eet iuuenis
ac discendi studiosissimus · priam linques · cunctis fere
barbaris grecisq: misteriis initiatus ē · Deniq: egyptū
petiit · quo tempore polycrates amasidi p eplam illum
comendauit · illorumq: linguam ut antipho tradit in
eo libro quem de his qui in uirtute principes fuere scrip
sit · edidicit · Atq: apud caldeos congressus ē magis ·
D einde apd cretam una cum epimenide descendit in i
daeum antrum · In egypto quoq: adyta ingressus ē · ibiq:
de diis in arcano edoctus ē · Deinde rediit samum · of
fendensq: patriam a tyranno policrate incubari · croto
nem in italiam prexit · ibiq: leges ital dedit · atq: cum
discipulis clarus habitus ē · q ferme trecenti rem · p · ad
ministrabant : adeo ut merito aristocratia optimoz

scilic& dominatus uideretur. Refert heraclides ponticus
hunc de se dicere solitum: q̄d fuiss& aliquando aethali-
des: mercuriiq; filius putatus ess&: mercuriumq; mo-
nuisse illum peter& praeter immortalitatem q̄d uell&. Pe-
tisse igitur ut & uiuens & uita functus: omniumq; con
tingerent memoriam h̄ret. Itaq; in uita meminisse om-
nium: eandemq; memoriam & post mortem reseruas-
se Longoq; post tempore in euphorbum uenisse atque
a menelao fuisse uulneratum. Euphorbus autem dixit
se aliquando aethalidem fuisse atq; a mercurio pro
munere hoc accepisse ut anima illius iugi circuitione
uagaretur. & in quas uell& arbores: uel animantes co-
migrar&. Et queque in inferno anima p̄pessa ess& ac
caetere anime quenam patiatur. Postea u̅o q̄ euphorbus
diem obiit: migrasse in hermotimum ipsius animam:
qui & ipse cum fidem uell& facere: branchidas petiit
ingressusq; apollinis fanum ostendit clipeum quem
illi menelaus adfixerat. Ait enim illum cum ex troia
remeass&: apollini sacrasse scutum ia putrefactum:
solamq; p̄durare eburneam faciem. Ubi autem & her-
motimus uita functus ē. rursus in pirrhum delium
piscatorem migrasse. illumq; omnia memorasse. ut sci-
lic& primum aethalides fuerit. postea euphorbus. dein
hermotimus: ac postmodum pirrhus effectus sit. Ac
deinceps post pyrrhum factum ee̅ pythagoram omniu;
q; meminisse que prediximus. Plerq; pythagoram
nihil scripsisse tradunt: sed id stollide putant. Deniq;
heraclitus phisicus aptissime ita loquitur. Pythagoras
mnesarchi filius se in historia rerum exercuit ultra
omnes homines. seligensq; hec scripta sue sapientiae
multa eque peritiae & artis documentum dedit. Sic
autem locutus ē. quod cum de natura pythagoras scri-
bere adorsus ess&. ita in principio dixerit. Non p̄ aere
quem spiro: no̅ p̄ aquam quam bibo. no̅ dimittam
huius sermonis rationem. Scripsit autem pithagoras tria
uolumina de instructione. De ciuilitate. De natura. Q̄d
autem ueluti pythagore legitur lysidis tarentini pytha-
gorici ē. q̄ cum thebas profugiss& epaminōde praeceptor
fuit. Refert heraclides serapionis filius in sotionis epitome

scripsisse illum uersus & de toto · sm̄ item sacrum sermões ·
cuius ē initium · O iuuenes hec oīa cum qete colite · Tertiū
de anima · quartum de pietate · quintū elothalem epi
carmi coi patrem · Sextum crotonē · & alios porro · Porro
misticum sermonem aiunt hyppasi fuisse · qui in iniu
riam pythagore scripserit · Plura item ab astone croto
niata scripta pythagore inscripta ēē · Ait autem aristoxe
nus complura moralium dogmatum accepisse pytha
goram a themistoclea sorore · Ion autem chius in triagi
mis ait ipm̄ cum poema qddam scripsiss& : orphei titu
lum adnotauisse · Scopiadas idem ipius ēē aiunt cui'
opis initium ē · Nullus rex egens esto · Socrates autem
in successionib; ait · ipm̄ rogatum a leone phliasioꝝ tyran
no · quisnam ēēt : dixisse phs · presentem q; uitam dice
bat caelebritati ēē simillimam : quemadmodum enim
ad hanc alii certaturi · alii negociaturi : alii optimi futuri
spectatores ueniunt ita & in uita : alios quidem glorie man
cipia nasci : & aucupes cupiditatis : alios uō ueritatis stu
diosos · & ista quidem sic se hn̄t · Sed enim in tribus illis
pythagore opusculis quae prediximus feruntur ista · Nō
pmittit quēq̄ pro se orare q̄ ignor& quid sibi expe
diat · Ebrietatem seorsum pniciem uocat : omneq; nimiū
reprobat · dicens non debere quempiam neq; laborum :
neq; ciborum transgredi modum · Ac de ueneres sic ait ·
V enerea hieme nō estate facienda : autumno ac uere leui'
omni autem tempore ēē grauia · & ad sanitatē minime
idonea · Rogatus quando ēēt concubendum tunc inqt
cum te ipo infirmior fieri uis · humanam etatem ita distin
guit · Puer uiginti annos impl& · adulescēs uiginti · Iu
uenis uiginti · senexq; uiginti · Sūt autem etates iste an
ni temporib; ita accomodate · ueri puer · estati adulescens
autumno iuuenis & hiemi senex · Adulescentem intelligit
puberem · iuuenem uirum · Primus item timeo auctore
amicorum omnia communia dixit · amicoꝝq; equalitatē
Ipius quoq; discipuli facultates omnes in unū deponebat :
communesq; faciebant · Quinquennium item totum sile
bant · solumq; dicerentur audientes ac donec probarent
nunq̄ pithagoram uidentes · hic iam ad domum ipius as
pectumq; admittebantur · abstinebant autem & a cerino ci-

pressimo quod inde sceptrum iouis factum esset ut hermippus
ait in secundo de pithagora. Nempe et uenustissime for-
me fuisse traditur adeo ut illum discipuli opinarentur
apollinem qui ex hiperboreis uenisset. Nudatum aliquando
illius femur aureum apparuisse fama est. nessumque amnem
cum transiret: ab eo fuisse appellatum non defuere qui dice-
rent. Timeus usque in xi historiarum ait dixisse illum
que cum uiris habitarent: eas deorum nomine censeri co-
ras quippe ac nimphas et deinceps matres appellari. Huc
et geometriam perfecisse. cum antea meris initia elementorum
eius inuenisset anticlides auctor est in secundo de alexan-
dro maximeque uacasse pythagoram circa speciem ipsius
arithmeticam ac regulam quae ex una corda est repperis-
se. Ne medicinam quidem neglexit. Refert autem
apollodorus supputator hecatombem illum immolasse:
cum inuenisset trianguli subiectum latus tantundem
ualere quantum que illum continent. Fertur et primus
athletas nutrisse carnibus: antea ut in tertio commentariorum
ait fauorinus. caricis ac recenti caseo et tritico solitos
corpora nutriri: ut ait idem fauorinus in octauo om-
nimode historiae. Alii uero pithagoram alium quendam
aliptem: athletas ita solitum enutrire dicunt non hunc.
Quo enim pacto cum homines et necare uetuerit. ne dum gustare
animalia que commune nobiscum ius habeant anime.
Et istud quidem fabulosum est. Nam reuera animatis
abstinere iussit exercens atque adsuefaciens mortales ad
faciliorem uictum ut cibos semper parabiles haberent quibus
igne ad coquendum opus non esset. quique aquam simpli-
cem biberent. hinc et sanitatem corporis et ingenio acu-
men animi acquiri. Denique et aram delij tantum apol-
linis genitoris que post ceratinum est adorare: Frumen-
taque et ordeum et placentas illi absque usu ignis inponere
solitum. ceterum nulla uictima ut Aristoteles in deliorum
re. p. testatur. Primumque hunc sensisse aiunt animam cir-
ca necessitatis immutantem aliis alias abligari anima-
tibus. Primumque grecis pondera mensurasque inuexisse
ut aristoxenus ait musicus. Primum item uesperum
atque luciferum idem sidus dixisse auctore parmenide.
Adeo uero admirationi omnibus fuit. ut diceret familiares

eius dei omnigenas uoces. Ipse quoq: scribens ait. post
ducentos & septem annos ex inferis se ad homines
uenire. Itaq: cum illo pdurabant atq: adibant illum
discipline studiorumq: causa: & lucani & picentes
messapiiq: & romani. Erat autem incognitum pytha
goricum dogma usq; ad philolai tempora. hic enim
tres illos libros preclaros disseminauit: quos plato
centum minas sibi emi p litteras orauit. Neq: uero
pauciores sexcentis erant qui noctu ad illum audien
dum confluebant. At siq presentia illius frui me
ruissent: scribebant suis magnum quiddam ac pre
clarum se adeptos. Metapontini nempe illius domu
cereris delubrum uocabant uicumq: sacratum mu
sis: ut fauorinus in omnimodis historiis tradit. Di
cebantq: & pythagorici alii nō ēē omnib; panden
da omnia ut aristoxenus ait in decimo institu en
tium legum ubi & xenophilum pythagoricum in
terrogatum quo pacto filii optime erudirentur di
xisse ait. si ex bene instituta ciuitate nati ēēnt. Et
alios igitur plurimos p italiam pfecit bonos & doc
tos uiros Zaleucum quoq: & charondam legum
latores. Erat preterea conciliande amicitiae inprimis
studiosus. maximamq: in ea re habebat uim. Ac si
quem didicisset symbolis suis communicasse: eu;
continuo socium amicumq: consciscebat. Erant autē
ista illius simbola. Ignem gladio nō fodiendum. Sta
teram nō transiliendam. Sup chenice nō sedendu;
C or non edendum: onus unā tollendum: nō adiciē
dum. Stramenta sēmp habendum colligata. Dei y
maginem in anulo minime circumferendam. Olle
uestigium in cinere confundendum. Oleo sedem nō
tergendam. Conuerso ad solem uultu nō loquen
dum extra .p. uiam nō eundum. Non facile dex
teram iniciendam. Sub eodem tecto hirundines
nō habendas. Que sunt uncis unguib; recuruis aues nō
nutriendas. Vnguium capillorumq: supfluis resec
tis nō immingendum neq: insistendum: gladium
acutum deuitandum. in finib; pegre pegrinanti nō
redeundum. Erat autem hic sensus eius. Ignem

gladio nō fodiendum potentium iram: tumentemq:
indignationē non commouendam. In chenice nō sede-
re dum eque & futuri faciendam curam chenix eñi
diurna esca ē. Stateram nō transiliendam. hoc ē equū
& iustum nō transgrediendum. Cor nō edendum
animum doloribꝫ angoribꝫq: nō excruciandum. P id
autem quod peregre proficiscenti: minime redeun-
dum admonebat: ne qui uita excessiss&: eos uitę
cupiditate teneri nō oportere. neq: uoluptatibꝫ uitę
pręsentis manus dare. Ad hec & alia iam exponen-
da sunt. ne quid preterisse uideamur. Sup omnia ery-
thino & sepia uesci prohibebat. corde itidem ac fabis
addidit aristoteles & uuluam & triglam. Solo plerūq:
melle siue fauo aut pane contentum uixisse quidam
autumant uinumq: quotidie nō gustare solitum. Op-
sonium illi erat ut plurimum cruda ut lixa olera. Ma-
rinis raro utebatur. Stola illi candida semp ac munda
stramentaq: item candida ex lana. Lineorum quippe
usus nec dum ad illa loca penetrarat. Nunq̃ uero depre-
hensus ē: siue saturitati siue uenereis rebꝫ: siue ebrietati
dare operam. Risu abstinebat & facetiis & iocis one-
rosisq: narrationibꝫ. Irascens nunq̃ ut seruum ł liberū
cędebat. Diuinatione ea sola utebatur que fit p auguria
& uaticinia minimū uero ea que fit p ignē: ture tantū
excepto. Sacrificiis utebatur inanimis. Sunt qui di-
cant solis gallinaceis & edis lacteolis quos teneros di-
cunt. agnis autem minime. Caeterū aristoxenus cunc-
ta illum animata in cibum pmisisse ait boue aratore &
ariete exceptis. dogmata que ab ea quae in delphis erat
themistoclea accepisse. Refert hyeronimus descendisse
illum ad inferos atq: hesiodi quidem animā colum-
nę ereę uinculis astrictam stridentemq: uidisse. homeri
autem ex arbore pendentē serpentesq: illam circūdan-
tes p hisq; de diis dixere. eos item cruciari notauisse. qui
suis uxoribꝫ congredi nollent eiusq: rei gratia a croto-
matis honoratum. Aristippꝰ autem cyrenaicus in libro
physiologorum ait illum pythagoram idcirco appella-
tum: quod uera pythio non minus loqueretur. Fere-
tur discipulos admonere solitus ut ista quotidie cu

. domum .

domum ingredientes dicerent. Ubi nam excedi? quid feci? quid
ex eis que facere debui omisi? Cruentas hostias diis of
ferri prohibebat. solamque aram que esset sine sanguine
monebat adorandam. Deierare itidem per deos uetabat.
quemque enim id studio se curare oportere ut ex uite me
rito sibi fides haberetur. Seniores honorandos. quodque
tempore praecederet id honorabilius existimandum si
cuti occasu ortum. in seculo principium fine. In uita ge
nerationem corruptione. At deos quidem semideis in ho
nore preferendos hominibus autem heroas. parentes uero
hominibus caeteris. Inuicem ea ratione conuersandum uti ne
ex amicis inimicos faciamus propriumque nihil arbitrandum. — vel ex inimicos amicos
legibus opem ferendam iniquitatem debellandam. Mitem ar
borem non uiolandam nec ledendam. Animal itidem quod
minime hominibus noceat uerecundiam et pietatem esse. Risui
aeque ac tristitiae non dandas manus. Fugiendam carnis su
perfluam pinguedinem. Itinerationes remisse intenteque uten
dum. Exercendam memoriam. Inira nihil aut dicendum
aut faciendum. Diuinationem omnem honorandam. Cantibus
ad liram utendum. laudeque deorum uirorumque praestan
tium habendam rationabilem gratiam. Porro fabarum
interdicebat usum quod uento essent plene atque animato maxime
communicaret. Ad hec nisi summantur leuiores ac pudicano
res fieri uentres atque adeo que in somnis contingunt ima
gines leues ac perturbatione uacuas perfici. Refert autem ale
xander in successionibus philosophorum et ista se in pythagoricis
commentariis notasse. Principium quidem omnium esse
monadem. porro ex monade indiffinitam dualitatem
ueluti materiam auctori monadi subiecisse. Ex monade
uero ac dualitate numeros gigni. ex numeris puncta. ex
punctis lineas surgere ex quibus plane figure consistent. Ex
planis autem solidas figuras ex quibus item solida consiste
re corpora. Atque ex eis et elementa esse: ignem: aquam: ter
ram: aerem: que per omnia se mutent ac uertant ex quibus fie
ri mundum animatum intelligibilem: rotundum: mediam
terram continentem quam et ipsam esse rotundam ac globosam
et circum habitari. Esse item antipodas nobisque obuersa ue
stigia premere. Equis etiam partibus mundo inesse lucem ac
tenebras. calidumque et frigidum et siccum et humidum.

Ex eis dum calor obtinet estatem: dum frigus hyemem
fieri. Ea dum equis partibus sunt optima anni tempora
confici. Namque uirescens ueris grata salubrisque tempe
ries occidens uero autumni infirma fecunditas. Diei quoque
uirescere auroram uesperam dilabi. Quo circa infirmio
rem esse eum item qui terram complectitur aera immo
tum ac morbidum. & queque in illo sunt omnia esse
mortalia. Porro summum ethera semper moueri. & esse
liquidissimum ac saluberrimum. & quae in eo sunt i
mortalia omnia. atque idcirco diuina. Solem item & lu
nam & reliqua sidera deos esse. quippe in illis superare
calorem qui sit uite auctor. Lunam quoque a sole illu
strari hominibusque esse cum diis cognationem. quod & ho
caloris particeps sit. unde & deum nostri prouidentiam
gerere. Fatumque omnium & eorum quae sunt per par
tes administrandorum causam esse. penetrare item a so
le radium per ethera frigidum & corpulentum. Vo
cant autem aerem quidem frigidum ethera. Hunc
uero radium etiam profunda penetrare atque ideo ui
uificare omnia. uiuere item omnia queque calori partici
pent. atque ideo & arbores esse animantes. animam tamen
non habere omnes. animam uero auulsionem aetheris esse
& calidi & frigidi. eo quod sit particeps frigidi ethe
ris. Differre item a uita animam esseque illam inmortalem.
quandoquidem & id a quo auulsa est immortale sit.
P
orro animalia & inuicem nasci seminali ratione: que
uero e terra fiat generationem non posse subsistere. Semen
autem esse cerebri stillam quae in se calidum contineat ua
porem. Hanc uero dum infunditur uulue. ex cerebro
saniem & humorem: sanguinemque profluere: ex quibus
caro: nerui ossa: pili: totumque consistat corpus: ex eo
autem uapore sensum atque animam constare. Forma
ri autem primo quidem concretum & compactum
intra dies xl. iuxta uero rationem harmonie intra sep
tem aut decem/aut nouem aut plurium menses con
firmatum: ac perfectum infantem gigni. habere autem in
se omnes uite rationes. quibus sua serie conexis contine
ri iuxta congruentie rationem cum singula statutis tem
poribus accedant. Sensum quoque communiter omnem

ac spetiem uisum uaporem ēē quendam nimis calidum.
A tq: ideo in sua aerem aquamq: penetrare. Affigi enim
calidum infrigido. Nam si ēēt frigidus inoculis uapor.
distaret profecto aduersus aerem similem. Sed enim in
plerisq: oculos solis ianuas appellat. Eadem & de audi
tu decernit ac sensib; reliquis. Porro humanā aīam
trifariam diuidit in sensum & mentem & iram. Sen
sus igitur & ire ceterasq; animantes ēē particeps. men
tem uero ad solum ptinere hominē. Esse autem pncipi
tum anime a corde usq: ad cerebrum & eam quidem
quæ sit incorde ipius partem concupiscentia esse: men
tem uero atq: animum incerebro constare. Guttas autē
ēē quæ ueluti nosse ab his manare sensus. ac partē
quidem prudentie capacem ēē immortalem. cetera uō
mortalia. Nutririq: ex sanguine animam eiusq: rōnes
uentos esse. ipam uero una cum suis rationib; ēē inui
sibilem. quod æther quoq: sit inuisibil. Ceterū anime
uincla: uenas ēē & arterias & neruos. Ubi uero inua
luerit: & secum fuerit quiescere: uincula ipius fieri
rōnes atq: opera. Eiectamq: interram inaere uagari corpo
ri similem. Porro mercurium animarum quæstorem esse:
atq: ideo emissarium dici: ianitoremq: ac terrenum quia
ex corporib; & ex terra & ex mari animas immittat. &
puras quidem atq: purgatas in excelsum duci. impuras
uero illis ne appropinquare quidem: neq: sibi ipis. Ceterū
uinciri a furiis fortissimis nexib; Cunctum item aera
plenum ēē animalibus. easq: & demones & heroas exi
stimari atque ab his hominib; immitti & somnia & signa
atq: morbos. nec modo hominib;: uerum & pecudibus ac
iumentis reliquis. Atq: ad hos referri lustrationes & ex
piationes diuinationemq: omnem & uaticinia & cetera
id genus. Maximum uō in hominib; dixit animam
siue ad bonum inducere siue ad malum. Foelicesq: ac
beatos ēē homines quib; bona anima aduenerit. Eam
uō nunq̄ quiescere. neque ipius fluxum obtinere. Ius
item uim habere iuramenti atq: īō & iouem iuratorem
dici. Uirtutem item harmoniam ēē & sanitatem bonūq:
omne atq: deum ideoq: ea congruentia constare omnia.
A micitia itidem ēē equabilem congruentiam. honores diis

exhibendos · heroas item haud equo honore deducendos
C eterum diis quidem cum laudib; admictuq: candido
& casto corpore honores adhibendos · heroib; uero ex di-
midio diei · Eam uero munditiam expiationib; lauachris
atq: aspergimib' fieri : uacando a funere & cubili : & in-
quinamento omni · morticinisq: abstinendo & carnib; ·
triglisq: ac sepiis ouisq: & que ex ouis nascuntur aiali
bus · fabis quoq: & coeteris monent · quiq: in templis mi-
steria ritusq: consumant · Ait autem aristoteles in libro
de fabis : ideo admonuisse illum fabis abstinendum : si
ue qd pudendis similes sunt siue qd inferi ianuis · Sut
autem infecunde sole · siue qd corrumpant · siue q natu
re uniuersi similes sint · siue quod paucoru dominatu
gaudent · Deniq: magistratus ipis eliguntur · Que uero
ceciderint no tollenda · ut adsuescatur no nisi castigate
edere · Porro aristophanis heroum ait ee que cadunt
dicens in heroias : ne gustare quidem : queque intra me
sam deciderint · Gallo plumis albis abstinendum qd
iouis sacer sit atq: supplex · Mensi quoq: sacratus e · nam
& horas significat · Pisces item no gustandos eos qui sa
cri sunt · Neque enim fas ee eadem diis & hominib;
adponi · sicuti nec seruis & liberis · Et candidum quidem
qd e ad boni pertinere naturam atrum uero ad mali · Pa
nem no frangendum · nanq: in unum ueteres amici coi
bant quemadmodum nunc et barbari · neq: diuidendu;
qd illos cogit · Alii id ad iudicium referunt qd apd inferos
fit · alii quod in bello formidinem faciat · alii qd ab hoc in
cipiat totum : solidarumq: figurarum omnium pulcher
rima sphaera : planorum uero circulus sit · Senectute & oe
detrimento obnoxium pari rone teneri iuuentute itidem
& quicqd incrementa suscipit idem esse · Sanitate speciei
ee constantiam morbum contra huius esse uiolationem ·
D e sale apponendo necessario idcirco statuit q iustitie admo
neant hoc enim quicquid occupauerit seruat & ex liqui-
dissimis rebus aqua & mari fit · Hec alexander in pytha-
goricis reperisse commentariis tradit · Eadem ferme aristo
teles · Enimuero pythagore ipius grauitatem ac modestiam
& timon in syllis cum illum carpere instituisset no omisit
in hanc sententiam loquens · Pythagoram q; magia insi

gnem: opinione gloriae grauitatisq; caelebrem. Quod
autem alius fuerit xenophanes in elegia testatur. Cu'
ē initium. Nunc alia dicere aggrediar. Q̄d uero de
illo dixit: sic se habet. Cum uidisset aliq̄n canem cę
di miseratus ait. desine hunc cędere. Est enim canis so
dalis anima quam eius ex uerbis agnoui. Atq; ita xe
nophanes. Sigillat illum. Cratinus in pythagoricis
atq; in tarentinis in hunc modum. hęc inquit eis con
suetudo ē. Si quem simplicem undecumq; nacti fuerint
ingressum experimentumq; ceptu rum: quantu illi
dicendi uirib; prestent pturbare illum obiectionib'q;
uexare: conclusionib;: in equalitatib;: fallatiis: magni
tudinib;. Non inde emergeret mnesimachus alcmeo
nius. pythagoreo more soli immolamus. animatum nil
omnino comedentes. Aristophon in pythagoreo insti
tuto: atq; cum descendisset in dietam: qui apud in
feros sunt uidisse singulos. Pythagoricos uero mul
tum omnino a mortuis differre. his quippe solis con
uesci plutōz ob pietatem dix. Facilem ais deum si
plenus sorde cibis adeē gaudet. Item comedunt olera:
& aquam in potu sumunt. Pediculos & pallium atq;
squalorem nemo ex aliis pferre posset. Moritur autem
pithagoras hoc modo. Consederat in domo milonis cū
sociis. Eam uero domum quispiam ex his quos ille ad
mittere noluerat: p inuidiam incendit. Sunt qui
crotoniatas ipsos tyrannidis suspitione ac metu hoc per
petrasse dicunt. Pythagoram igitur incendiū incomoda
uitantem cum egrederetur comprehensum ēē & agro cui
dam fabis pleno propinquantem: ibi constitisse ac di
xisse. Capi prestat quam has dare possum. Cędiq; satius
ē quam quicq̄ loq. Atq; ita iugulum psequutorib; nu
dasse. compluresq; ex discipulis. nam fere ad xl. erant
fuisse interemptos: paucosq; effugisse: ex quib' archytas
tarentinus fuerit & lysis ille quem supra memorauim'.
Porro dicearchus pythagoram in delubrum musarum q̄
metaponti ē: confugisse ibiq; cum quadraginta dies absq;
cibo pstitisset: defecisse ait heraclides uō in epitome ui
tarum satyri: illum postq̄ deli pherecidi iuxta psoluerat
redisse in italiam. & cū in domo milonis crotoniatę cae

lebritatem offendisset: sbinde metapontū prexisse ibiq:
cum uiuere ulterius nollet: inedia uitam finisse. Hermip-
pus autem ait bello inter agrigentinos ac syracusanos exor-
to pythagoram exisse cum sociis agrigentinis opem laturū.
Versis autem infugam: illum fabarum campum circuisse:
ibiq: a syracusanis fuisse interfectum. reliquos uō ad xxx-
quinq: tarenti fuisse crematos. cum contraire primariis
ciuitatis uellent: atq: ab eis inrei p. administratione dis-
sentirent. Aliud item quiddam huiusmoī de pythago-
ra hermippus refert ait enim illum: cum ī italiam uenis-
set: sbterraneam fecisse domum matriq: mandasse, qq;
contingerent tabulis inscriberet temp⁹q: ad notaret. De-
inde inillam descendisse ac dum rediret id matrem fe-
cisse. Anno autem exacto ascendisse pythagoram ex ef-
fossa domo squalidum ac macie confectum: aduocataq:
contione dixisse: ex inferis se ascenderat atq: ut sibi fide; faceret
recitasse quicqd euenisset. Eos uero his que dicebant
affectos: in lacrimis eiulatusq: prorupisse. pythagoramq:
iam diuini quippiam bre existimantes: uxores suas illi
indisciplinam certatim dedisse: ut quippiam ex illo ad-
discerent: easq: pythagoricas uocatas ēē. hec hermippus.
Erat autem pythagore & uxor theana nomine brontini
crotoniate filia. Hanc alii brontini uxorem pythago-
req: discipulam tradunt. Erat illi & filia damo: ut ly-
sis in eplā ad hypparchum ait. de pythagora in huc mo-
dum loquens. Aiunt autem plurimi. pii re id qd pytha-
goras sacra p inbibuerat pbn. Qui cum damoni filie
commentaria sua commendaret: iussit ne cui extra do-
mum ea traderet. Ea uero cum ingenti pecunia posset
illa distrahere: omnino noluit. Inopiam quippe pnsq:
monita auro preciosiora censuit: id que cum esset mu-
lier. Fuit autem illi filius telauges q et patri successit
ac secundum quosdam empedoclis preceptor fuit. hip-
pobitus autem empedoclem dixisse ait: thelauges clara
theane proles pythagoreq:. thelauges quidem nihil scrip-
sisse fertur at ipius mater nō nulla. Rogatam qn mulier
a uiro munda sit: dixisse ferunt a suo quidem continuo:
ab alieno uō nunq̄ ci uō que aduirum pgeret in man-
datis dabat uti cimuestē & uerecundiam poneret: exur-

gensq; denuo cum illis illam una resumeret. Rogata quenā
hec inquit: p que mulier uocor. Igitur pythagoras iuxta
heraclidem quidem serapionis filium octogesimo etatis
anno moritur secundum propriam etatum descriptionē
iuxta plurimos autem nonagesimo. Floruit autem olym
piade sexagesima. ipsiusq; schola durauit usq; ad nonā
siue decimam generationem. Postremi enim pythagore
orum fuere: quos & aristoxenus uidit. Xenophilus chalci
densis ex thratia & phanto phliasius: & echecrates & diocles
& polymnastus phliasii & ipsi. Erant autem auditores phi
lolai & euriti tarentinorum. Fuerunt autem pythagore
quatuor eodem fere tempore nec multum ab inuicem di
stantes. Unus quidem crotoniata tyrannicus uir. Alter phliu
sius corporum exercitator ut quidem aiunt. Tertius za
cynthius cuius aiunt illum ēē philosophie archanū ma
gisterium. In quo & illud ait prouerbium in mundum
uenit. Sunt qui & alium sculptorem reginum fuisse di
cant pythagoram q primus usus sit numerorū ac modorū
reptor fuisse. Alium item sculptorem samium. & alium ora
torem nō bonum. & alium medicum qui de cilla scripse
rit ac de homero quedam composuerit. Alium item qui
dyonisio dorice scripserit auctore. Porro hunc eratosthenes
quem & fauorinus in omnimoda historia sequit in libro oc
tauo: primum fuisse tradit qui xlviii. olympiade peritus
ac probus pugil effluxerit. comatum atq; purpuratum se
lectum ex puerorum ludo atq; irrisum: continuo uiros pe
tisse ac uicisse. Hunc fauorinus ait diffinitionibus ob mathe
maticum usum materiam. Ampliasse uero illas socratem &
q ab illo fluxere. Postmodum autem aristotelem ac stoicos
primoq; coelum appellasse mundum terramq; rotundam.
d autem theophrastus parmenidi. Zeno hesiodo adsignat.
huic aiunt restitisse cydonem: sicut antidicum socrati. At
uō phi epla legitur in hunc modum. Pythagoras anaxime
ni. At tu uirorum optime si nihil pythagora & genere &
gloria prestantior esses: profecto ad nos ia ex mileto mi
grasses. Nunc uero te continuit paterna & auita gloria q
me continuisset: si item anaximeni simil. Ceterum uos si
augurio: urbes deseretis: eis quidem ornatus adimitur. me
diq; illis intestinus instabunt. Neq; uō semp conuenit astrorū

ac caeli uestigare rones: praestat interdum ad priam curas cogitationesq: conuertere. Et ego nō semp meis uaco fabul uerum & bellis intersum quib9 inse inuicem itali seuiunt

Q uoniam uero d pythagora diximus: dicendū iam de pythagoricis illustrib: uiris. Post quos dicendum erit de hisq sparsim aplerisque referunt. Tum deinceps adnectemus successionis seriem memorabilium uirorum usq: ad epicurum: sicuti supra promisimus. De theana quidem & thelauge iam diximus. dicendum modo de empedocle primum. Nam secundum quosdam pythagore auditor fuit.

EMPEDOCLES

EMPEDOCLI . VT AIT hippobotus meto pre auus empedocles agrigentinus fuit. Idē; & timeus refert in xv historiarum libro: insignem fuisse uirum empedoclem poete auū hermippus eadem ferme ait heraclides itidem in libro de morbis: clara ex familia fuisse auum: equos q: nutrisse tradit. Dicit & heratosthenes in olympionicis. lxxi olimpiadem uicisse metonis patrē: aristocles uitus testimonio. Appollodorus autem grāmaticus in chronicis metonis quidem filium fuisse ait. ceterū ad thurios nup omnino conditos uenisse glaucus ait

D einde post pauca. Qui uero inquit domo profugū uenisse syracusas. & cum ill aduersus athenienses bellasse aiunt. prorsus id mihi ignorare uident. Aut enim ia defecerat: aut omnino ualde senex erat id qd minime probatur. Namq: aristoteles ipm & heraclitum sexagesimo aetatis anno uita excessisse ait. Qui uō septuagesimam & primā olympiadem uicerat eques eodem censebatur nomine. Ita & temps ab appollodoro significatur

S atirus autem in uitis empedoclem ait filium fuisse exaeneti. Reliquisse autem & illum filium exaenetū eadem q: olympiade ipm quidem aequestri certamine uicisse filium uero illius lucta. siue ut ait heraclides ī epitome cursu. Verumenim ego in fauorini cōmentariis repperi empedoclem & bouem mactasse spectatorib; ex melle & fariā. fratrem q: habuisse callicratidem. Telauges aūt in epla ad philolaum empedoclem ait archinomi fuisse filium.

Qd autem agrigentinus ex sicilia fuerit ipse in principio lu
strationum refert. Hactenus de genere ipsius. Audisse
autem pythagoram timeus auctor e in nono historiarum.
dicens reprehensum q orationem furatus eet. sicuti & pla
to. atq: io ad consortium sermonum admitti prohibi
tum ipmq: meminisse pythagorae dum illum insignē
doctrina uirum appellat. qui maxima noss& animiq:
excell& opib;. Sunt q ista de parmenide dixisse pu
tant. Reffert neanthes pythagoricos usq: ad philolaum
& empedoclem ad sermonum comunione; admitti soli
tos. Ubi uo ipe poemate illa uulgare coepit latam ee le
gem uti uersificator omnis inde arceretur. Idem & pla
tonem ptulisse aiunt. quippe & hunc fuisse prohibitu.
Quē tamen illorum audiuerit: empedocles nō dixit. Ea;
enim que telaugis fertur eplam qd hippasum ac bronti
num audierit. non usq: quaq: probari. Enim uō theophra
stus parmenidem illum imitatum dixit: ipiusq: emulu;
& in poematibꝫ fuisse. Quippe & illum phisice uersu ratio
nes aperuisse. Hermipp autem nō pmenides uerum xe
nophanis imitatorem tradidit: q cum diu uersatus eiq:
carmen imitatus sit. Postmodum pithagoricis congres
sum ee. Alcidamas uō in physico refert: eodem tempore
Zenonem & empedoclem una audisse parmenidem. De
mum a se discessisse ac zenonem quidem seorsum phi
tum ee. hunc uō anaxagoram ac pythagoram audisse:
atq: alterius constantiā & grauitatem uite atq: habitus
alterius de nā rationes fuisse imitatum. Aristoteles uō in
sophista primum empedoclem oratoriae inuentorē ait Ze
nonemq: dialethice. In libro aūt de poetis asserit homeri
cum empedoclem acutumq: in dicendo fuisse translatio
nib; item & ceteris poeticis figuris usum atq: io cū & alia
poemata scripsiss&. & xersis transitum & in apollinem
proemium. ea postmodum ignibꝰ tradidit soror quedam
ipsius siue filia: ut hieronymus meminit. proemium de in
prudens ac notes psica autem prudens ac faes q ea inpfecta
eent tragoedias illum preterea scripsisse refert ac politica. Ve
heraclides serapiōis filius: tragoedias alterius fuisse memo
rat. Hieronymus uō quadraginta tria illius opuscula se le
gisse asserit. Neanthem autem ad huc iuuene scripsisse &

ipm tragoedias. Porro satyrus in uitis refert: & comediam
illum fuisse oratoremq: optimum gorgiamq: leontinu
ipius fuisse discipulum: uirum scilicet in oratoria insi-
gnem. qui & rhetoricam artem scripserit: que tradit apol-
lodorus in chronicis centum & nouem aetatis implesse
annos. Hunc ait satyrus dicere solitum adfuisse se empe
cli magiam exercenti ipmq: in poematib; id profiteri
& complura alia dum dicere profitetur pharmaca quib;
& morbi & senectus arceantur & uentor uel noxii pellan-
tur flatus uel salubres ac leni adhibeantur mortuiq: reui
uescant. Multis autem modis eum uirum admirationi
habitum Timeus in xviii. hystoriarum auctor e. Nanq:
ethesiis plerumq: uehementer flantib: adeo ut fruges
corruperent: excoriari asinos iussit. factisq: utrib: eos
collib; & montium uerticib; admoueri ad copellendos
flatus: caessantib;q: uentis ab euentu rey colysanemam
uocatum esse. heraclides quoq: in libro de morbis ait
ipm pausanie dictasse quae de apno ille scripsit. Erat
aut pausanias ut satyrus & Aristippus ait amator
eius: cui & de natura libros dedicauit δπρογη. De-
niq: heraclitus tale quiddam esse ait quod triginta dies
corpus absq: spiritu integrum incorruptumq: serua
ret. Vnde illum & medicum & uatem dixit. ut ex
eis uersib: patet. quib: nicolas ampli agrigenti salue
re iubet a quibus & deum se credi uult. diuosq: sibi
petit honores. Amplum uero agrigentum dixisse ferunt.
quod in illa octingenta hominum milia inhabitarent.
V nde & empedoclem illis delitiis uacantib; dixisse. Agri
gentini delitiis quidem ita quotidie se dedunt: ac si
postridie morituri. domos uero ita edificant qui perpetuo
uicturi. Eas uero ipas expiationes in unum corpus coegisse fer
tur. Cleomenes quemadmodum & fauorinus in con
memorationib; ait. Fuisse uero inprimis liberum: atq: ab
omni principandi fastu remotissimum aristoteles tradit
S idem & regnum cum sibi offeretur constanter renuit:
sicuti xanthus in illius laudibus meminit. simplicitatem
uite scilicet: quam regum delitias carius amplectens.
E adem & timaeus refert causam simul adiiciens cur
ita popularis fuerit. Inuitatus enim fuerat a quodam

ex principibus ac procedente conuiuio cena non inferebatur. T acentibus aliis indigne ille ferens inferri iussit. Qui uero illum inuitarat: praestolari se caenae ministrum dixit. Ubi uero ille aduenit conuiuii princeps constitutus est. id agente qui illum uocauerat. Tum ille tirannidis initia haud obscura prae se ferens: iubebat aut bibere aut in caput effundi merum. Tunc igitur empedocles tacuit. Postridie uero coacto iudicio: damnauit utrunque ac pemit: inuitatorem scilicet & conuiuii principem. Istud eius rei p. tractandae initium fuit. Rursus a crone medico locum sibi ad constituendum paternum monumentum a senatu postulante, quod inter medicos arte praecipue excelleret, in medium surrexit empedocles ac fieri prohibuit: atque inter caetera quae de equalitate disseruit: ita illum rogare coepit. Cuius modi monumento incidemus elogium. Num summum te medicum summi patris in summo uertice summae patriae conditum: hoc quidem simonidis esse tradiderunt. Postmodum uero empedocles & mille hominum caetum antiquauit: constituto triennii magistratu: ut non solum esset diuitum uerum mediocrium ac populariter scientium. Denique & timeus in primo & secundo libro ipsius n. saepe mentionem facit. contrariam rei p. tradit putatum habuisse sententiam quam quidem iactantia & amore sui ferebatur immodice. quippe qui in carmine se deum dixerit. Quando item olympia adisset: in se cunctorum uertebat ora. ut nullius interloquendum tanta quanta empedoclis fieret mentio. Postremo tamen cum agrigentum coderet: obstiterunt illius instituto inimicorum nepotes. Quo ille merore accepto: in peloponensum secessit. ibique diem obiit. De illius obitu uaria fertur opinio. Heraclides enim cum enarrasset de apno ut saluisset empedocles maximam ex eo gloriam consecutus esset quod mulierem defunctam uiuam dimisisset, ait illum sacrificium ad pisianactis agrum fecisse conuocatis plerisque ex amicis inter quos & pausanias erat. Ubi uero conuiuio peracto. alii quidem loco paululum digressi sub arboribus uillae se ad quiescendum composuerunt. alii quamque uisum est

in loco: quieuerunt ipse ubi accubuerat permansit. Mane autem facto e somno excitis ceteris: solus ipse repertus non est. Facta autem diligenti inquisitione seruis qui rogabantur: illum se scire negantibus: unus adfuit qui diceret se nocte media ingentem audisse uocem empedoclem uocantem. Tum uero ubi surrexerat: caelesteque uidisse lucem et splendorem thedarum nihilque aliud. Illis uero in eo quod contigerat stupentibus descendit pausanias ut mitteret qui quereret. Postmodum uero prohibitus est ulterius querere. dicens uoti rem in primis contigisse sibique ueluti deo hostias offerri oportere. Hermippus autem illum cum panthiam quandam agrigentinam desperatam a medicis curasset: hostias litasse. quo uero inuitati erant ad octoginta ferme fuisse. Hippobotus uero illum ubi exsurrexerat aethnam petisse. quo cum peruenisset in ignis crateres se iniecisse. ibique dum fidem facere: famamque adstruere: quod deus effectus sit ignibus consumptum esse. Postea ut se res haberet agnitum et exploratum esse: una ex illius crepidibus ui flamme ex intimis ad exteriora reiecta. quippe calciari solebat aere. Huic famae pausanias reluctabatur. Ceterum diodorus ephesius de anaximandro scribens ait illum huius emulum fuisse imitando tragicam grandiloquentiam uestisque grauitatem. Cum uero dum selenuntios ex adiacentis fluuii fetore pestis inuasisset: adeo ut et ipsi perirent: et uxores partu periclitarentur: excogitasse empedoclem duos quosdam ex uicinis amnibus proprio sumptu in flumen illud immittere ut ex ea commixtione aque dulcescerent. hoc ordine sedata peste: epulantibus selenuntiis empedoclem apparuisse. Illi eo conspecto surrexerunt. eique ueluti deo diuinos honores detulerunt eam de se opinionem firmare uolentem se in ignes coniecisse. Verum hisce timeus refragatur aperte asserens: illum ubi in peloponensum se recepit: nunquam omnino redisse: atque ideo illius incertum esse obitum. Heraclidi uero nomine illum denotans aperte contradicit pisianacta syracusanum dicens neque ullam agrigenti habuisse: uerum a pausania factum amico monumentum. Is enim huiusmodi uulgata fama siue breue

statuam illi quippe diues: siue aram qui deo condidit.
Quonam ergo pacto inquit se in crateras iniecit: quorum nul
lam unquam fecit mentionem & quidem cum prope essent:
Mortuus igitur est peloponensi. Quod si illius sepultura non
cernitur: nihil est quur admiremur. Nanque & aliorum
multorum saepulchra ignorantur. Ista & huiusmodi
Tymeus infert. Verum semper heraclidi consuetudo est
miraculi ista confingere. qui & ex luna hominem cecidisse
dicit. Porro hippobotus ait statuam empedoclis optam
agrigenti primum stetisse. Postea uero ante romanorum
curiam constitutam fuisse: romanis eam illuc transfe
rentibus aptam. Picte quidem & nunc eiusmodi quedam
inueniuntur. Neanthes uero cizycenus: qui & de pithago
ricis scripsit: refert methone uita functo tyrannidis
pululare exordia coepisse. Tum uero empedoclem agri
gentinos induxisse: ut seditionibus omissis equalitatem
ciuilem amplecterentur. Multas itidem ciuium que sine
dote erant ex relictis sibi opibus adiecta dote uiris tra
didisse. Atque ideo & purpuram se induisse: & stro
phium aureum circumdedisse: fauorinus in comenta
riis auctor est. Crepidas item aereas: & delphicam sum
psisse coronam. Coma autem illi prolixa fuit & pue
ri se deducentes. Et ipse grauis semper atque in uno seuerita
tis habitu perstitit. Eiusmodi igitur progrediebatur: ut
ciuibus sibi occursantibus: ac pro magno id munere ha
bentibus: specimen quoddam & insigne regium pre se
ferre uideretur. Postremo cum celebritatis cuiusdam
causa messanam curru inuectus pergeret: cecidisse coxamque
fregisse. quo etiam ex morbo defunctum esse: etatis anno
septuagesimo septimo. Esse item sepulchrum eius megaris
De etate uero ab aristotele dissentit: ille enim .lxv. annorum
defecisse. Alii centum & nouem uixisse annos contendunt.
Floruit autem circa octuagesimam & quartam olympia
dem. Democritus autem trezenius in libro contra so
phistas refert illum iuxta homerum: informis leti nodum
sibi procera ex corno infauste sibi nexuisse. In ea uero quam
prediximus telaugis epistola: fertur illum ex saenio in mare
prolapsum extinctumque esse. Hec de ipsius morte. Ti
mon uero ne ab eo lacessendo abstinuit dicens. Empedoclesque

forensium opifex carminum & caetera. hec aũt illi ui
sa sunt elementa ẽẽ quatuor: ignem: aquam: aerem:
terram. Amicitiamq: qua foederant̃ & discordiam
qua dissideant. Ait autem sic Iupiter ac iuno regia
& aidoneus & ueneranda nescis. Iouem ignem. Iuno
nem terram aidoneum aerem: nescim aquam dicens.
E t hec ait assiduas uersare uices desinere nunq̃. Est qp
pe aeternus iuxta illum hic rerum ordo. Deniq: infert.
Nam que alias connectit amor hec omnia simul. Sae
pe & disiuncta ferri contentio iub&. Solem ait ignis
ingentem massam lunaq: maiorem. Lunam disci ha
bere similitudinem Caelumq: ipm cristalli obtinere
spetiem & animam omnigenum animalium atq: ar
borum speties indui. Ait nempse se aliquando fuisse
puerum atq: puellam arborem & auem atq: piscem.
Q uae igitur ille de natura: deq: expiationib; scripsit ad
quinq: milia uersuum ptingunt: que uõ de medicina
ad sexcentos. De tragedus supra iam diximus;

EPICHARMVS

EPICHARMVS elothal filius cous & ipe py
thagore auditor fuit. Trimemensis uõ cum
ẽẽt: e sicilia profectus: puenit megara: inde
contendit syracusas. & ut ipe in suis testatur
libris. Eius statue istiusmoi carmen inscriptum ẽ. quo
dicatur tanto excellere doctis hominib' & claris uiris:
quanto ĩ syderib; caeteris sol. ĩ mare amnib' cunctis
antecaellat. Commentaria iste reliquit. in quibus d̃ nã
rerum: de saententiis: De medicina disseruit. Notasq:
breues plerisq: comentariorũ locis apposuit quib' apte in
dicat ab se elaborata opuscula obiit anno aetatis nonagesio;

ARCHITAS

ARCHITAS mnesagore siui ut aristoxenus ait:
estiaei filius tarentinus pythagoricus nobilis
simus fuit. hic platonem cum adionisio
necandus ẽẽt p eplam eripuit. Admiratioi
summe apd plurimos habitus ẽ in omni uirtutis ge
nere. Nempe enim septies ciuib; pfectus ẽ. cũ caeteri pl'
q̃ annum impetrare lege prohiberentur. Adhuc plato
duas scribit eplas: q̃ is ad eum por scripsiss& ita. Architas

platoni salutem. facis tu quide recte: q nobis te conualuisse ex egritudine significasti. et clamisco ite nuntians. De commentariis autem curauimus. ueni mq ad lucanos ibiq conuenimus ocelli nepotes. Qua igr de regno. legibus. iustitia: omniumq generatione: & ipi habemus & ex his quedam misimus. Reliqua modo repperirii no possunt. Cum inuenta fuerint ad te deferentur in hunc modum Architas. Plato autem ita rescripsit. Plato archite salutem. Que abs te nob allata sunt commentaria: dici no potest q̄ lubenter accepimus. quique illa scripsit in primis admirati sumus. Ostendit enim profecto uir ille dignum se maioribus illis suis antiquissimis atq optimis uiris. Feruntur aut uiri isti myrei fuisse. Hi autem ex illis fuere troianis qui se laumedonte migrarunt: uiri boni: ut de ill tradita fabula significat. Quae apud me sunt commentaria dequib scripsisti: num dum satis lucubrata st. neque umq̄ satis erunt. Ea tamen misi. De custodia no ambo concorditer sentimus. Nihil itaq ad hortatione opus e. Val. In hunc modu illi ad se inuicem scripserunt. Porro archite quatuor fuere. Primus hic ipse secundus mitileneus musicus. Tertius q de agricultura scripsit. Quartus epigrammatu poeta. Quintu pleriq addunt architectum cui profertur librum de machina cuius istud e initium. Hec de theucro carchedonio audiui. De musico dicitur q cum probro sibi daretur q non exaudiretur: dixerit. Organum enim p me pugnans loquitur. pythagoricum uero aristoxenus refert cum exercitui preesset: nunq̄ fuisse superatum. Semel autem dum inuidie cederet: sese imperio abdicasse. moxq exercitum in ius hostium concessisse. Primus hic mechanica mechanicis principiis usus exposuit. primusq motum organicum descriptioni geometrice admouit. ex dimidii cylindri sectione duas medias secundum proportione ad sumere querens ad cubi duplicationem & in geometria cubum primus ut plato in re. p. testatur inuenit.

ALCMEON

ALCMEON crotoniates & ipse pythagore auditor fuit. Ut plurimum uero in medicina uersatur. Pleruumque item de natura disputat: dicens multas humanarum rerum causas. Videtur autem primus de nature ratione scripsisse ut fauorinus ait in omnimoda historia. lunamque hanc sempiternam habere naturam dixit. Fuit autem pyrrithi filius sic ipse in principio sui operis ait. Alcmeon crotoniates hec ait pyrrithi filius: brontino & leoni: & batyllo. De inuisibilibus: de mortalibus rebus manifestam quidem scientiam dii habent quantum uero conicere hominibus licet & caetera. Animam uero immortalem dixit moueri que iugiter instar solis;

HIPPASVS

HIPPASVS metapontinus & ipse pythagoricus fuit. ait autem diffinitum esse tempus mundane mutationis finitumque hoc totum esse ac semper moueri. Demetrius autem in homonymis refert: illum nullum opus reliquisse. Fuerunt autem hippasi duo hic scilicet & qui laconum rem publicam libris comprehendit. Erat autem & ipse lacon;

PHILOLAVS

PHILOLAVS crotoniata pythagoricus & ipse fuit. Ab hoc pythagoricos libros emendos ut curaret: dioni scribit plato. Moritur autem suspectus quod tyrannidem inuadere moliretur. Opinatur autem omnia harmonia ac necessitate fieri terramque secundum primum circulum moueri dixit. Alii icetam syracusanum adsensisse adfirmant. Scripsit autem librum in quo hermippus quempiam scriptorum dixisse refert platonem philosophum cum in siciliam ad dionysium profectus esset: emisse a philolai consanguineis argenti minas alexandrinas quadraginta. Atque inde transcripsisse timeum. Alii platonem dicunt hec a dionysio accepisse: reluctantem licet: abductum ex carcere adulescentem ex philolai discipulis. Refert demetrius in homonymis pythagorica de natura rerum hunc primum edidisse quorum est initium. Prima in mundo natura coacta est: ex infinitis ac finitis: mundusque totus & que sunt in ipso omnia.

EVDOXVS AESCHINIS filius cnidius:
astrologus: geometra: medicus: ac legifer fuit.
ac geometriam quidem ab archita didicit.
In medicina uero philistione siculo prae
ceptore usus ē. ut callimachus in tabulis
ait. Porro sotion in successionib; platonis q; auditore;
fuisse scribit. Nam cū annum uigesimū tertium aetatis
ageret: summoq; inter paupertatis angustias discendi stu
dio flagraret. socraticorum gloria percitum athenas con
tendisse: cum theomedonte medico a q̊ & nutriri soli
tum. Nec defuere qui dicerent ipsius pedicam fuisse.
D euectus autem in piraeum: athenas quotidie ascendebat
ibiq; cum sophistas audisset: ad portum ingrediebatur.
D uos autem ibi menses remoratus: domum reuertit. ūn
rursus amicorum largitate suffultus in egyptū: cū Crisip
po medico profectus est commendatitias ab agesilao lit
teras ad nectabim ferens a quo & sacerdotib; intente
commendatus ē. Ibi annum unū & menses quatuor re
moratus: mento ad tonso atq; supercilio: octo annorū histo
riam secundum quosdam conscripsit. Inde in cyrici atq;
ī propontide philosophatus: mausolum itidem uisere
uoluit. Tum uero athenas rediit hns secum discipulos
plurimos: contristandi ut quidam uolunt platonis grā.
quod is ab initio illum ab se dimiserat. Sunt qui dicāt
conuiuium platoni caelebranti: ipm ad stantib; plurimis
hemicyclum accubitum introduxisse. Eum uō nichoma
cus aristotel filius ait uoluptatem bonum dicere. Excep
tus autem in patria magno cum honore ē: cuius rei in
ditio ē honorificum de illo factum decretum. Apud gre
cos quoq; clarissimus fuit. ciuibusq; suis leges cōscripsit:
ut hermippus in quarto de septem sapientib; libro refert.
S cripsit item de astrologia & geometria ac de aliis qbusdā
insignia opuscula. Tres autem huit filias. actidem: del
phidem: philtidem. Refert heratosthenes in libris ad ca
tonem ipm & cynicorum dialogos composuisse. Alii egyp
tios quidem lingua sua illos conscripsisse hunc uō tradu
ctos graecis edidisse tradunt. Eius Crisipp' erinei filius gni
dius auditor fuit: in hisque de diis: de mundo de celestib;:

docentur. in medicina uero philistionem siculo preceptore usus est. Reliquit autem & commentaria pulcherrima & eruditionis plena huius filius aristagoras fuit. Crysippi aethlij discipuli pater. cuius ferunt modi illi. adui dendas speculationes naturales quae in animam uenerant accomodati. Fuerunt autem eudoxi tres. Primus hic ipse: secundus rhodius historiarum scriptor. Tertius syculus agathoclis filius: poeta comicus qui ter urbana uicit certamina. quinquiesque lenaica: ut apollodorus in chronicis ait. Inuenimus & alium medicum cnidium quem ait eudoxus in terrae ambitu semper admonere solitum articulos iugi agitatione exercendos sensusque similiter. Idem uero refert eudoxum cnidium circa centesimam & tertiam olympiadem claruisse. atque lineas curuas repperisse. Moritur autem quinquagesimum & tertium etatis agens annum. Cum uero adhuc in egypto moraretur: cum ichenophito heliopolite: apis illius pallium lingere uisus est. Caelebrem ergo illum fore nec longeuum: ex eo ostento sacerdotes dixere: ut fauorinus in commentariis refert. Hunc pro eudoxo eudoxum ob famae claritatem gloriamque appellabant.

LAERTII DIOGENIS VITAE ATQVE SENTENTIAE EORVM QVI IN PHILOSOPHIA CLARVERVNT LIBER VIIII INCIPIT FELICITER

HERACLITVS

QVONIAM ERGO DE NOBILIBVS pythagoricis diximus: nunc iam sparsim ut aiunt de claris quibusdam philosophis loquamur ac primum de heraclito dicendum. Heraclitus blisonis siue ut quidam uoluere herationis filius ephesius circa lxix. olimpiadem clarus est habitus. Fuit autem ultra ceteros alto animo & contemnente omnes ut ex ipso eius opere ostenditur ubi ait.

Multa peritia mentem non docet. hesiodum. n. si docuit & pithagoram. rursusq: xenophanem atq: hecateum. Nam licere unum scire sapientem. sententiam qua gubernent omnia per omnia. homerumq: dicebat dignum q ex certaminib; eiceretur colaphisq: cederetur. Archilocumq: similiter. Dicebat autem & iniuriam extinguere oportet magisq̄ ardentem rogum. plebemq: pro lege non secus ac pro muro pugnare. Acriter autem ephesios carpit q amicum suum hermodorum eiecerant: dicens merentur ephesii omnes adulti mori: impuberib; q: urbem derelinquere. Quoniam hermodorum sui praestantissimum expulerunt dicentes. Nostrum nemo inequalis sit. Quod siquis erit talis. alii que & cum aliis. Cum autem rogaretur a ciuibus ut leges eis poneret: facere contempsit quod iam ciuitas pessima consuetudine imbuta esset. Secedens uero ad fanum dianę: cum filiis talo ludebat. Circumstantib; autem se ephesiis: quid inquit miramini o perditi: Non ne prestat istuc facere quoniam uobiscum ul tra rem administrare. Tandem hominum hodio percitus exiit. uitamq: in montib; ducebat: olera comedens. Cuius rei gratia morbo intercutis arreptus ad urbem descendit. medicosq: per enigmata sciscitabatur an posset ex imbre siccitatem facere. Illis non intelligentib; se ipsum bouistabulo includens: & fimo bubalino obruens: eo calore arbitrabatur noxium ac exundantem humorem exhauriri posse. Ubi uero ne sic quidem aliquid proficere conspexerat: moritur sexagesimum etatis agens annum.

Hermippus autem refert: illum medicis dixisse. Num potestis pressis intestinis humorem exhaurire. Negantibus se ipsum solis obiecisse radiis ac iussisse pueris boum fimo se oblinire. Eo calore maceratum postridie obisse diem: sepultumq: in foro fuisse. Neanthes uero cyzicenus ait illum fimo bubalo cum se eximere non posset: ita perstitisse: atq: ob eam mutationem ignoratum a canib; discerptum esse. Fuit autem a puero mirabilis. & cum esset iuuenis: nihil se dicebat scire ubi uero adulescentis annos euaserat nihil ignorare.

Neminem audiuit: uerum semet inuestigande ueritati dedisse omniaq: ex semet ipso didicisse ait. Sotion aut

quosdam dixisse refert. Xenophanis illum frequen-
tasse auditorium. Aristonemq: in libro de heraclito
dicere: intercutis curatum egritudine: morbo alio
uitam finisse. Ei opinioni & hippobotus accedit. Eius
uero qui legitur liber: generaliter quidem de natura est.
C ceterum tris in partes scinditur. Namq: & de uniuer-
so & de re p. & de theologia differit. Illum uero in tem-
plo dianę deposuit: ut quidam putant de industria
obscurius scriptum ut soli eruditi illum legerent. ne
si uulgo passim legeret contemptibilis esset. Hunc uero
& timon descripsit appellans malodicum & turbe in-
festum. Theophrastus illum atra bile laborantem alia
semiperfecta: alia alias aliter scripsisse refert. Eius alti
animi signum antisthenes in successionibus id asserit
quod fratri concesserat regnum. Tantum uero glorie
promeruit ipsius liber: ut sectatores habuerit qui
appellarentur heracliti. Sunt autem ista quae illi
summatim uisa sunt. Ex igne cuncta constare in
eumq: resolui omnia. Fato omnia fieri & ex conuer-
sione contraria quę sunt omnia congruere & coap-
tari. Animarum item ac demonum plena esse omnia
D dixit & de his quę in mundo contingunt passionibus om-
nibus. Solem eam esse magnitudinis que cernitur oculis. Dicitur
& id de animae sensisse natura: numquam illam repperiri
posse / quamtalibet quis uitae conficiat: spatia adeo altam
profundam eius esse rationem. Elationem sine exstima-
tionem sacrum morbum appellabat aspectumq: men-
tiri. Lucide quidem interdum & apte in suo opere loquitur.
ut tardissimo cuiq: facile ad intelligendum sit. Breui-
tas quoq: & interpraetationis grauitas incomparabilis
est. Iam uero & per partes digerenda sunt eius decreta. Ignem
elementum esse dicit: ignisq: uicissitudine: tum raritate:
tum densitate constare quę fiunt omnia. Apte uero non
explicat. fieriq: omnia per contrarietatem & fluminis in
morem uniuersa decurrere. Finitumq: esse hoc omne
& unum esse mundum eumq: ex igne nasci & rursus
per quosdam ambitus per uices hoc omne seculum igne-
scere. idq: fato fieri. Ex his uero quę contraria sunt id
quidem quod ad generationem adducat uocari bellum;

& contentionem.

& contentionem quod autem ad exustionē: concor
diam & pacem. Mutationemq; uiam ēē supra infraq;
ducentem. secundum q̄ fieri mundum. Densatum
quippe ignem liquescere. constantemq; aquam fieri co
ctetam uero aquam in humum uerti: eamq; uiā adi
feriora ēē. humum ipsam denuo effundi. atque ex ea
fieri humorem. Ex eo autem reliqua ferme omnia ad
euaporationem eam referens quae ex mari fit ipamq;
ad superiora uiam ēē. Porro euaporationes ex terra fieri
& mari alias quidem pspicuas & liquidas: alias uero
tenebrosas aliquidioribꝫ ignem. a reliquis humorem
incrementa capere. Aerem uero cuiusmodi sit nō signi
ficat. esse tamen scaphas p concauum ad nos conuer
sas inquib; conuenientes euaporationes liquidas pfice
re flammas quę sint sydera dicit. Esse autem lucidis
simam calidissimamq; solis flammā. Namq; astra cętā
remotiora ēē. neque adeo terrae proxima atq; ideo in
minus lucere minusq; calefacere. Lunamq; terre uici
nior sit non pliquidum locum apparere. Solem in suo
splendore nulli admixtioni obnoxium durare. certis
a nob spatiis mensurisq; distantem. Ex eo igitur ma
gis calefacere atq; illustrare. Deficere item solem ac lu
nam: cum scaphe ad supiora uertuntur. menstruasq;
figuras lune fieri. dum in illam sensim uertitur scapha
diem item ac noctem & menses & annos anniq; statu
ta tempora: pluuiasq; & uentos atq; his similia secundū
euaporationes fieri uarias. Nam liquidam euaporatio
nem in sol circulo inflamatam diem facere contrariā
uero ubi optinuerit: efficere noctem. Atque ex lumīe
calorem augeri: estatemq; pficere. ex tenebris humorē
habundare: unde hiems oriatur. In huc modum &
d̄ causis ceteris disputat. Enimuō terram cuiusmoī
sit penitus tacet. ac de scaphis itidem. Ista ei dogmata
fuere. Porro q̄d ad socratem attinet. quae nā ei de illo
sententia fuerit cum eius legisset librum euripede s
deferente ut aristo ait: diximus cū de socrate loque
remur. Seleucus tamen grammaticus ait crotoma
cem quendam in eo quem catacolymbicem inscrip
sit libro tradere: cratem quendam huc librum pmo

grecis inuexisse; ac dixisse librum ipm delio aliquo in
digere natatore: qui in illo nō suffocaretur. Inscri
bunt illum plaeriq; musas. Alii de natura. Diodo
tus uero gubernaculum diligens ad libram uitae.
Quidam sententiam morum ani uis omnium insti
tuti ornamentum. Aiunt illum cum rogaret quur
taceret dixisse. Ut uos loquamini. eius frui cōtuber
nio & darius optauit scripsitq; ad illum ita. Rex
darius hystapis filius heraclitum ephesium sapien
tem uirum salutat. librum de natura scripsisti ob
scurum ad intelligendum difficilemq; ad exponen
dum. Inplerisq; deniq; si aduerbum exponatur ui
quandam speculationis continere uidetur mundi
totius & quae in eo fiunt omnium queque sunt
in diuino motu constituta. In quib; plurimi hesert
assensumq; continuere. Adeo ut qui complura lege
runt ambigant cum recta abs te ratio conscripta ui
deatur. Rex igitur darius hystapis filius auditor ēē
tuus cupit particepsq; grece eruditionis fieri. Venias
itaq; q̄ primum ad conspectum meū ac regiam do
mum. Graeci enim ut plurimum sapientib; uiris
obseruandis minus dediti: aspernantur quae ab his
recte fuerint ostensa: studiose & audienda & discen
da. Apud me autem aderit t' omnis honor pmatq;
omnis quotidie que solicita obseruatio & grata col
locutio uitaq; tuis monitis probabilis. Vale. his ille
ita respondit. Heraclitus ephesius regi dario hystapis
filio salt. Quique mortales in terris sunt a ueritate
ac iustitia se longius remouent. auaritię autem & i
ani gloriae inexplebiliter intendunt. pditę demen
tię causa. Ego autem omnis inmemor nequitiae.
fastidiumq; deuitans omnis inuidię domesticę sup
biae. item nunq̄ inpsarum solum aduenire paucis
contentus q sunt secundum meam sententiā hui'
modi ille & aduersus regem fuit. Demoetrius aūt
in equiuocis ipm & athenienses aspnatum ait apd
quos magna de illo erat opinio. Et cum ephesiis ēēt
contemptui nusq̄ alibi maluisse uersari. Memi
nit illius demetrius quoq; phalereus in socratis de

fensione. Plurimiq: fuere qui illius exponerent libr[um]
Quippe & antisthenes & heraclides ponticus & spher[us]
stoicus. pausanias praeterea q[ui] heraclitistes appellat[us]
ē nicomedes quoque ac dionysius & ex gramaticis
diodotus. qui opus illud nō de natura sed de re p[ublica]
dixit disserere. nanq: de natura dixerit in ex[empli] spetie
inserta illic ēē. Hieronymus aūt scythinum quen
dam iamborum poetam in illius librum metro io
cari. illumq: euertere dixit. Quinq: autem hera
cliti primus hic ipē. Secundus poeta liricus. cuius
ē illa duodecim deorum laus. Tertius elegie poeta ali
carnasseus. Quartus lesbius qui macedonum scrip
sit historiam. Quintus ex industria ridiculus q[ui]
ex cythare pulsu transiuit ad spetiem

XENOPHANES

XENOPHANES DEXII siue ut apollodorus
ait orthomenis filius colophonius a timōe
laudatur. Denique ait xenophanem mode
ratum ac sine fastu fuisse. Pulsus autem
patria in Zacla sicilie moratus ē atq: cati
na. Sunt q[ui] neminem audisse dicant. neq: desunt q[ui]
botonis atheniensis auditorē fuisse asseuerant. Alii
archelaum audisse: atq: ut socion ait anaximandri
etate uixit. Scripsit autem uersu elegias & iambos
contra hesiodum atq: homerum quae de diis dixere
illos exprobrans. ipē quoq: sua resarcibat poemata.
thaletis & pithagore opinionib: contraria sensisse fert[ur]
epimenidemq: sugillasse. Fuit autem & longeuus
maxime. sicuti & ipē quodam in loco testatur dices
Sexaginta & septem annis se apud peregrinatū esse. ci
tumque uiginti quinq: ēēt annorum. Ait autem qua
tuor ēē omnium rerum elementa. infinitosq: mūdos
neq: uariabiles. Nubes consistere cum solis uapor sur
sum fertur. easq: in aerem cogit. Dei substantiam rotu
dam ēē & globosam. nihilq: cum hominib: hre comu
ne. totum cernere. totum audire. nō tamen respi
rare. simulq: ēē omnia: mentem prudentiā eter
nitatem. Primusq: dixit omne q[uod] fiat corruptioni
obnoxium ēē. animamq: ēē spiritum. Ait & plura

deteriora mente esse. Tyrannis congrediendum aut minime aut suauissime. Empedocle autem dicente sibi difficile inueniri posse sapientem recte inquit. nam sapiens sit necesse est qui norit explorare sapientem. Omnia incomprehensibilia esse primum hunc dixisse. Socion auctor est. sed fallitur. Scripsit autem de colophonis conditione & de italica in eleam colonia uersus ad duo milia. Claruitque sexagesima fere olympiade. Refert uero demetrius phalereus in libro de senectute: panetiusque stoicus in libro de tranquillitate filios illum suos propriis sepelisse manibus sicuti & anaxagoram. Videtur autem a pithagoricis parmenisco & orestade: ut fauorinus in primo commentariorum ait defecisse. Fuit & alius xenophanes poeta iambicus ex lesbo atque hi quidem sparsim xenophanes uocati.

PARMENIDES.

PARMENIDES auditor fuit pyritusque eleates. Eum theophrastus in epitome anaximandrum audisse tradit. Licet autem xenophanis auditor fuerit. secutus tamen illum non est. Socius item adiunctus est & ammenio & diocheti pythagorico ut socion ait. pauperi illi quidem. sed honesto sane uiro ac bono. quem & iam potius secutus est. Ac uita functo sacellum edificauit cum & genere & opibus illustris esset. atque ab ammenio non a xenophane ad quietam uitam inductus est. Primus hic terram globosam dixit ac rotundam & in medio sitam. duoque esse elementa ignem scilicet & humum. illum opificis. hanc materiae tenere ordinem. Generationem item hominum ex sole primum esse ortam. Solem ipsum calidum esse atque frigidum ex quibus consistant omnia. Animam atque mentem idem esse. sic & theophrastus in phisicis meminit cum ferme omnium opiniones & poneret. philosophiam quoque esse duplicem: aliam secundum ueritatem: aliam iuxta opinionem. Philosophiam & ipse carmine expressit quemadmodum hesiodus & xenophanes. atque empedocles iudicium rationis esse dixit: sensusque minus esse exactos & idoneos ad iudicandum. Floruit autem olympiade sexagesima nona. Primusque

animaduertisse uidetur eundem ee̅ uesperum atq; luci ferum: ut fauorinus in quinto co̅mentarioꝝ ait. Alii pythagoram dicunt. Negat callimach⁹ ipsius poema esse: Fertur ciuibus quoq; scripsisse leges ut speusippus in lib. de ph̅is ait. Huius nomine plato dialogu̅ inscripsit. uocauitq; parmenidem siue de ideis. Prim⁹ item rogasse achillem ut fauorinus ait in omnimoda historia. Fuit autem & alius parmenides orator q artem scripsit oratoriam;

MELISSVS.

MELISSVS ITAGENIS filius. samius p menidis auditor. & cum heraclito item conlocutus est quo tempore illum e ciuium ignorantib; co̅mendauit ephesiis. sicuti democritum hippocrates abderitis antea commendarat. Fuit autem & ciuilis inprimis uir. ciuib;q; maxime acceptus atq; carus. Vnde & p̄fectus classis electus magna uirtutis documenta dedit. Videbatur autem sibi hoc omne infinitum ee̅ & immutabile atq; immobile & unum sibi ipsi simile ac plenu̅ motumq; n̅o ee̅. uerum uideri esse. De diis nihil diffiniendum dicebat: neque enim illorum certam ee̅ notionem. Fuisse hunc circa LXXXIIII olympiadem apollodorus refert;

ZENO ELEATES

ZENO eleates pyrenis ut apollodorus ait in chronicis filius. Parmenide u̅o natura quidem theleutagore adoptione u̅o parmenidis filium dixit. De hoc atq; melisso timo ait Platonem sumpsisse plurima maximasq; ad philosophandum uices comparasse. Enimuero Zeno parmenidis auditor ac pedica fuit. Fuit autem procera statura quemadmodum & plato in parmenide notat. Idemq; in sophista: ipsum eleaticu̅ palamedem uocat. Inuentorem dialectice: sicuti & empedoclem rhetorice fuisse: aristoteles auctor e̅. Fuit & in ph̅ia & in re. p. uir sane nobilissimus. Feruntur nempe ipsius uolumina sapientiae plenissima. Is cum nearchu̅ tyrannum siue diomedontem deiicere: ac profligare

uoluiss& : comprachensus ē . ut ait heraclides . Quo
tempore cum deconsciis & armis quę inliparis ha
buit : inquireretur : uolens ipm desertum destitutūq:
ostendere : omnes illius amicos coniurationis ēē cōscios
dix . Deinde cum dequibusdam dixiss& : quiddam
sibi adaurem loqui uelle significauit : eamq: mordi
cus adpraehensam nō ante dimisit : q̄ hanc denti
b; pforar& idem passus ē aristogitō tyrannicida . De
moetrius uero in equiuocis nasum ei abscidisse ait.
P orro antisthenes in successionibꝰ illum cū amicos nū
ciass& rogatum atyranno ēēt ne alius quispiam di
xisse . Tu ciuitatis pnites : atq: adstantib; ita locutu;
ēē . Admiror equidem uecordiam uestram si horum
gratia quae ego nunc tolero tyranno seruire decerni
tis . demum precisam linguam in ora tyranni con
spuisse . ciuesq: continuo facto impetu : lapidibus
tyrannum obruisse . hec omnes ferme ita tradiderē.
C eterum hermippus illum in cauum lapidem inies
tum contusumq: fuisse ait . Praeclarus & incetteris
fuit Zeno maiorumq: non secus atq: heraclitus q̄
dam animi altitudine contemptor . Nam & si ipē
prius quidem hylen . postmodum uō elean phocensi
um coloniam suamq: pr̄iam ciuitatem humilem
bonosq: tantum uiros nutrire solitam dilexit ma
gis q̄ atheniensium magnificentiam ad quos pgebat
raro . domi assidue commoras . hic & achillem pri
oratione compellauit . q̄uis fauorinus parmenide;
& alios compluris profert . Plac& autem illi mun
dos ēē : uacuumq: nō esse . Naturam omnium rer̄
ex calido & frigido aridoq: & humido fuisse pfecta; .
cum ista in alterutrum comutentur . Generationem
hominum exterra ēē . Animamq: ita ex his omnib;
commixtam quae praediximus . ut anullo eorum pl̄
q̄ acetteris obtineatur . hunc aiunt cum maledictis
ageretur : indignari solitum . causantib; q: quibꝰda;
dixisse . Si maledicta equo aīo admittam ne laudes
quidem sentiam . O cto uō fuisse zenones cū de atico
loquaemur diximus . Floruit autem olypiade . lxx̄ .

. LEVCIPPVS .

LEVCIPPVS

L Leucippus elea[ti]tes siue secundū quosdā
abderites. aut iuxta alios melius. Zeno
nis auditor fuit. Placet illi infinita esse
omnia & in se ipsa commutari. omneq;
istud inane ēē plenūq; corporib; · mun
dosq; fieri corporib; in hoc inane incidentib; : & in
se inuicem implicatis atq; ex motu secundum illorū
incrementa naturam syderum fieri. Solem in circo ma
iori secundum lunam fieri. Terram uehi: ac circa me
dium uerti figuramq; illius tympano similem. Pri
mus hic athomos principia subiecit. Summatim ista
illi uisa sunt. sed sunt explicanda p partes. Omne quidem
ut diximus infinitum ait. huius partem plenam ēē.
partem inanem & elementa ait mundosq; ex eis in
finitos ēē & in ea delabi atq; dissolui. Sic autem fieri
mundos. ex infinitum p abscisionem multa corpora
figuris omnigena in magnum uacuū ferri. Eaq; inu
nitum coacta: unam uertiginem efficere. secundum quā
offendere ac circuiri modis omnib; atq; ita discerni:
ut seorsum similia quae sunt sui similia petant. Cae
terum aequilibra cum ob multitudinē minime iam
circum ferri possint: exilia quidem ad exteri' uacuum
contendere sic ordinante natura: caetera subsidere. &
innexa atq; in se implicata inuicem concurrere.
atq; ea conuersione prius quandam cōcretionem effi
cere rotundam. hanc autem ueluti membranā subsi
stere continentem in se omnigena corpora. Quae dū
secundum medii reluctationem circum uoluuntur:
tenuem pgirum membranulam fieri: iuxta uertiginis
ad tactum: corporib; ppetuis semp confluentib; atq;
ita fieri terram commanentib; quae semel in medium
iniecta erant. ipmq; rursus continentem membrane
instar augeri: iuxta externorum effluentiam corporū.
& dum uertigine fertur quęcunq; attigerit: ea acquirere.
E Ex his quedam complicata concretionē facere: primo
quidem humidam ac luteam: exiccata scilicet & cir
cum acta cum totius uertigine. deīn incensa & ignita
siderum efficere naturam. Essēq; sol circulū extimū.
L Lune uero terrae proximum caeteris ī medio istorū locatis:

ac sydera quidem omnia ob celebritatem motus igne
scere: solem uero inflammari a siderib; Lunam solum
modo ignis parum ad communionem admitti. Sole;
lunamq; deficere quod terra ad meridiem uergat: que
uero ad septentrionem sunt niuib; semper urgeri & pru
inis algere inglatiemq; concrescere. Ac solem quidem
raro deficere. Lunam uero perpetuis incrementis ac detri
mentis affici. quod sint imparib; circulis. Enim uero ut ge
neratio ita & incrementa mundi esse diminutiones &
corruptiones secundum necessitatem que cuiusmodi sit ex
ponit ac disserit.

DEMOCRITVS

DEMOCRITVS hegesistrati: siue secundum
alios athenocriti uel certe damasippi secun
dum quosdam filius abderites: siue ut alii
putant milesius fuit. Magos autem quosdam
& caldeos audiuit. xerse rege patri illius pre
ceptores quando apud illum hospitatus est relinquente
ut & refert herodotus a quib; & theologiam & astrolo
giam didicit. cum adhuc puer esset. Postmodum uero leu
cippum conuenit & secundum quosdam anaxagoram.
cum annis quadraginta iunior quam ille esset. Refert fauorinus
in omnimoda historia democritum de anaxagora dixis
se non illius esse quas scripserit de sole ac luna opiniones.
uerum illo antiquiores ipsumq; sibi eas furatum esse. dero
gasse item his que ille de mundi compositione & mente
dixisset infesto aduersus illum animo. Cum ergo illum
improbarit quo pacto eius auditor fuit. Demetrius
autem in equiuocis & antisthenes in successionib; tradunt
illum in egyptum contendisse ad sacerdotes geometriam
percepturum & in persidem ad caldeos. atq; ad rubrum
mare. Non defuere qui dicerent & gymnosophistis in
india congressum esse atq; in ethiopiam uenisse. Cumq;
tertius esset frater: diuisisse substantiam. Minoremq; por
tionem quae erat in pecunia sibi elegisse qua illi pere
grere proficiscenti opus erat. hoc & illis dolo factum ar
bitrantib; Demetrius ipsius partem centum talenta ex
cessisse auctor est. eamq; illa breui consumpsisse. Adeo
uero studiosum fuisse: ut ex uicino hortulo in cellula;

seligeret. ibiq: seipsum includeret. & cum aliquando ipsi
pater bouem ad immolandum adduxisset: ibiq: alligas
set: tamdiu hoc ab illo non fuisse cognitum quo ad huc
ille sacrificii obtentu excitauit ac bouis admonuit.
Constat inquit illum athenas uenisse: atq: ob despec
tum gloriae agnosci noluisse: & cum agnouisset socra
tem ipsum a socrate fuisse ignoratum. Veni enim athenas
inquit & me nemo cognouit. siquidem platonis illic
riuales sunt. ait thrasilus. hic profecto obscurus ac sine
nomine uenisset q de ænopidis & anaxagore eet familia
ris alter in colloquutione socratem de phia adloquat.
cui & dixit phm quinq: certaminum uictori ee simi
lem & erat reuera in phia πεντάθλος. Nanq: natu
ralia. moralia: mathematica liberalium disciplinarum
rones artiumq: omnem peritiam callebat. huius illud
ē sermo operis umbra. Porro demetrius phalereus i
socratis defensione ne uenisse quidem athenas dixit
Id autem profecto maius est. siquidem tantam cotem
psit ciuitatem nō ex loco gloriam imponere Constat
autem & scriptis eius cuiusmoi fuerit. Videtur aūt
ut thrasylus pythagoreorum fuisse imitator ipsius pȳ
thagore meminit. illum singulari admiratione ue
nerans in equiuoco opere. Adeo aūt cernitur ab illo ac
cepisse omnia ut nisi temporū rō obsistere illum &
audisse putaretur. Pythagoreorū tamen quempiam
audisse glaucus reginus aequat suus constanter ad
firmat. Refert autem & appollodorus cyticenus phi
lolao illum in notitiam uenisse. illoq: familiariter usū
fuisse. Curabat autem ait anthisthenes & uariae pro
bari phantasias saepe solitarius uiuens: atq: & saepulchra
incolens. Regressum ex peregrinatiōe humillime uixis
se ait. quippe qui omnem substantiā consumpserat
atq: ad amaio fratre p summā inopiam nutritum fuis
se. Vbi uō futura quaedam praedixerat. saequensq:
rerum euentus fidem predictionib: fecerat diuinis ia
honorib: dignus a plerisq: iudicatus ē. Cū uero lege
cautum eēt ut q patrimoniū consumpserat sepulchro
pātrio nō dignaretur. eo cognito ut ait anthisthenes ne
in iudorum & detrahentium pateret calumniae: legis

illis magnum diacosmum : q̄d cunctis illius opib
facile excaellit : quingentisq; talentis honoratus ē.
neq; id solum uerum & ceteris imaginib; uitaq; fun
ctus : publice saepultus ē. cum uixiss& ultra centum
annos. Coeterum demetrius propinquos ei⁹ magnū
illud opus uel recitasse refert. solisq; centum talentis
fuisse honoratos hec & hippobotus ait. Porro aristoxe
nus innaturalib; commentariis platonem democriti
commentaria quaeque colligere potuit : uoluisse com
burere. uerum ab amycla & clinia pithagoricis fuis
se prohibitum refert. nihil id referre dicentib;. Iam
enim eos libros apd̄ plerosq; seruari. Qd̄ idem ex eo
colligitur. quod cum antiquos ferme omnis sapiētes
memorauerit plato : democriti nusq̄ mentionē ulla;
fecerit. ne in eis quidem locis ubi illi quippiam con
tradicendum erat sciens & prudens. ut intelligi dat
ne contra optimum philosophorum certamen īsse ui
deretur : quem & timon laudat illum caeteris preferēs
& auidissime legendum monēs. Erat autem ut ipse
in paruo diacosmo refert iuuenis quo tempore iam
saenior uiuebat anaxagoras illo minor natu annis . xl.
P aruum uero illum diacosmum a bse compositum re
fert anno post troyae excidium dcc̊. xxx̊. Fuit uero
ut ait apollodorus in chronicis olympiade lxxx. ut au
tem thrasylus in eo libro de legendis democriti libris
memorat Lxxvii̊. anno maior natu q̄ socrates aetate
scilic& archelai anaxagore discipuli. atq; enopide. Naq;
& huius mentionē facit. Meminit item & opinio
nis parmenidis ac Zenonis de uno ut maxiā sua
aetate clarorum : & abderite protagore : qui omnium
consensu socratis aequal fuit. Rex athenodorus in oc
tauo de ambulationum cū ad illum hippocrates ueis
s& : iussisse eum adferri lac : inspectoq; lacte dixisse &
capellę primi partus & nigre ē. Vnde maximū dili
gentiae suae miraculum hippocrati fęcisse. Sed & puel
lam hippocratis comitem primo die ita salutasse. Sal
ue uirgo. Postridie uō. Salue mulier. Fuerat enim
puella nocte ipa uitiata. Moritur aūt democritus
iuxta hermippum in hunc modum. Cum iā ex saenio

deficere & propinquus uideret occubitus: merentem
sororem q in caelebritate caereali moriturо: ipa deae
uota exsoluere nequiret. bono animo ee iussit. panesq;
calidos sibi quotidie afferre: eos igitur narib; admo
uens: uiuum se dum ea transiret caelebritas seruauit.
V bi uero dies illi transierunt tres aut quieto fine con
clusit. uitam ut hipparchus ait centesimo & nono
aetatis anno: hec uiri uita. hic occasus fuit. Sūt autē
quae ille opinatus ē ista. Principia omnium ee ato
mos: atq; inane. Caetera omnia legitimū esse opinari.
infinitos ee mundos generationi & corruptioni obno
xios. Nihil ex eo quod nō sit fieri: neq; in id quod
haud quaquam sit corrumpi. Athomos praeterea &
magnitudine & numerositate ee infinitos. ferrique
in hoc toto ac rotari. Atq; ita omnes concretiones gi
gnere: ignem: aquam: aerem: terram. quippe & hec
ex athomis quibusdam constare ee q; passioni & in
mutationi ob firmitatē ac soliditatē minime obno
xia. Solem item ac lunam ex huiusmoi uertiginib;
tumorumq; circumferentiis ee composita. aīamq; simi
liter quam idem ee quod mentē dicit. Intueri nos
incidentib; in obtutus nros rerum imaginib;: cunc
taq; secundum necessitatem fieri cum sit uertigo
cā generationis omnium. quam necessitatem dicit.
F inem uero ee rectum quietumq; aī statum: quē eu
thimiā dic. q non ut quidam male intelligentes
dixere idem sit q uoluptas uerum. secundum quē
animus magna tranquillitate constantiaq; beatus est.
dum nullo metu: nulla supstitione: aut alia q̄uis
pturbatione agitatur. Eundem uero & euesto appel
lat a bonitate constantiae: compluribq; nominib;
aliis. Que uō fiant ee legitima natura uō indiui
dua atq; inane. Ista ille opinatus ē. Caeterū ipsius li
bros & thrasilus notauit. atq; in ordinē digessit: se
cundum platonis quadripartitum sermonem. Sunt
autem isti morales. Pythagoras de affectu sapientis.
D e his que sunt apud inferos. Tritogenia .i. q ex ea tria
fiant que humana cuncta contineant. De pbitate.
Amalthee cornu. De sedatione aī. Comentarior; domor;

Nam is quem appellauit eucsto nō inuenitur. Atq; isti q̄q;
morales. Porro naturales hi. Magnus diacosmus. quē
theophrastus leucippi eē ait. Paruus diacosmus. Mun
dana descriptio. De sideribus uagis. De natura primus.
De natura hominis siue de carne .ii. De mente. De sen
sibus. hos quidam simul scribentes: de anima inscri
bunt. De liquorib;. De colorib;. De differentib; frago
ribus. περὶ ἀμειψιρυσμιῶν κρατυντήρια. hoc ē iudiciū
ferentia de supradictis. De imagine siue de prouiden
tia. De pestibus norma .iii. Ambiguorum. Et isti na
turales. Porro incompositi sunt isti. Cælestes cause.
Aeriæ causæ. Planæ causæ. De igne & his quae sunt
in igne causae. Causæ de uocib;. Causæ de semini
bus: arborib; fructibus. Causæ de animalib; .iii. Pro
miscue causæ. De lapide. Isti incompositi. Mathema
tici uō hi sunt. De sententiæ differentiis siue de con
trectatione circuli & speræ. De geometria. Geometri
corum numeri. De mutis ac solidis lineis .ii. Explica
tio. Magnus annus: siue astronomia. παραπηγμα.
certamen. Clepsidre. Cæli descriptio. Terræ descriptio.
Hactenus de mathematica. De musica hi sunt. De rhy
thmis & harmonia. De poesi. De carminis uenustate.
De consonis & dissonis rebus. De homero siue uersu
um rectitudine & linguis. De carmine. De uerbis &
de nominib; hec de musica. De medicina & his quæ
sb artem cadunt ista scripsit. Prænotio. De regimine
uictus: siue medicinæ sententia. Cause de intempesti
uis & tempestiuis. De agricultura siue geometricis. De
pictura. De re militari & armis depugnandum ne
cessariis. De his hactenus. Sunt q seorsum ex comen
tariis ista constituant. De sacris in babilone litteris. De
his quæ sunt in meroe. Occeani nauigatio. De histo
ria. Caldaica ratio. De febre & his q ex morbo tussi agi
tantur. Legalia Causæ. Chernība siue problemata. Cætera
quae ad illum quidam referunt: ptim ex eius opuscul
decerpta: partim omnino aliena consensu omnium st.
Hec de illius uoluminib;. Sex aūt fuere democriti. Pri
mus ipe hic. Secund' chius musicus. eodem aūt tempo
re uitam agebant. Tertius sculptor cui' antigon' meminit

Quartus qui de templo dyanae ephesie scripsit. Quintus epigrammatum poeta clarus & floridus. Sextus pergameneus orator clarus.

PROTAGORAS ARTEMONIS filius fuit ut appollodorus & dion in persicis ait meandri filius abderites fuit. ut heraclitus ponticus in libris de legibus tradidit. qui illum & thuriis leges dedisse ait. Ut autem eupolis in tragoedia quae inscribitur colaces refert teius fuit. Ait enim. Nanque est intrinsecus protagoras teius. hic & prodicus chius. libros legentes inde emolumenta capiebat.

P lato denique in protagora graui uoce fuisse prodicum ait. Audiuit autem protagoras democritum. uocabaturque sapientia ut fauorinus in omnimoda historia refert. Primusque dixit duas omnium rerum rationes inuicem contrarias quibus etiam interrogando utebatur primus. hoc agens atque in hunc ferme coepit modum. De diis quidem statuere nequeo: neque an sint. Omnium rerum modus & mensura homo est. earum quidem quae sunt ut sunt: quae uero non sunt ut non sunt. Dicebatque nihil esse animam circa sensus. sic &

P lato refert in theaetito omniaque esse uera. Alio autem in loco in hunc coepit modum. De diis quidem statuere nequeo. neque an sint. neque utrum non sint. Sunt enim plurima quae id scire prohibeant: quippe & summa rei obscuritas. & breuis hominis uita. Ob hoc autem principium operis pulsus ab atheniensibus est. librique illius in foro cremati sunt: sub praeconis uoce a singulisque illos habebant requisiti. hic primus mercedis gratia minas centum exegit. primusque temporis partes diffiniuit: ac temporis uires exposuit orationumque certamina fecit. & sophismata his qui contentionis studio delectantur: in dux & omissa mente de nomine disseruit ac superficiale & aptum illud contentionis genus quod modo in usu est genuit. Unde & ipsum timon mixtum contentiosumque appellauit. hic & socraticum dicendi genus primus mouit. Anthistenis que rationem qua demonstrare nititur contradicere non esse ut plato in euthydemo loquitur. primus iste uersauit. Primusque ut ait artemidorus dialecticus in libro.

aduersus chrisippum argumenta ad questiones do-
cuit. Ac primus tylen in qua onera portant inuenit
ut aristoteles in libro de disciplina ait. Erat enim
uasifer & p naturam ferme epicurus. Atq; aduersus
democritum hunc inmodum elatus ē. cum ligna
dedisse uisus eēt. Diuisit autem orationem pmus
in quatuor. praecatione: interrogationem: responsi
onem: praeceptum. Alij septem in ptes distinxisse
aiunt: Narratione: rogationem: responsione: prae-
ceptum: promissione: praecatione: uocationem: qs
& iam fundamenta oronum dixit. Porro alchida-
mas quatuor ptes oronis dix: dictionem: pronuntia
tionem: interrogatione: appellatione. Primū uero li-
brorum suorum de diis recitauit: eum cuius ini-
tium supra posuimus. Recitauit autem ī athenis in
euripidis siue ut quidam uolunt in megaclidis do-
mo. Alij in licyo dicunt anchagora theodoti filio sb
discipuli psona recitante. Accusauit autem illum py
thodorus polyzeli filius ad quadringentos. Aristoteles
euathlum accusasse ait. Sunt autem qui seruantur
eius libri. Ars contentionis. De lucta: De disciplinis:
De re p. De liberalitate. De uirtutib; De prisco statu. De
his quae sunt apd inferos. De his quae nō recte ab ho
minib; geruntur. De precepto: Causa de mercede. Con-
tradictionum .ii. Et hi quidem hntur ei libri. Scrip-
sit autem & plato dialogum in eum. Refert philo
chorus: eo nauigante in siciliam: nauim qua fereba
tur submersam fuisse. Idq; euripidem in ixione si-
gnificare. Quidam illum in uia defecisse: iter agen
tem: cum ad nonagesimum aetatis annum peruenisset:
siue ut ait apollodorus septuagesimum. Porro in stu-
diis phiae uersatum annis quadraginta ac circa oc-
togesimam & quartam olympiadem claruisse. Fertur
cum mercedem aliquando exigeret: euathlus q; illi
discipulus diceret. At nec dum uicidisse. At equi-
dem si uicero. quodcunq; uicero accipiam necesse est
Sin uō tu uiceris id in tuum ius necessario concedet. Fuit
autem & alius protagoras astrologus: in quem & eu-
phorion epitaphium scripsit. Tertiusq; stoicus phs;

DIOGENES.

DIOGENES apollothemitis filius apollonia
tes fuit uir physicus & eloquentia & sapia
inprimis clarus. Anaximenis auditorē fuis
se Antisthenes tradit. Fuit autem anaxago
re temporib⁹. Hunc ait phalereus demetri⁹
in socratis defensione: atheniis inuidia lacessitum ac fer
me piclitatum. Opinatus ē ita Elementum esse aerem
mundos infinitos & inane infinitū. densumq: aerem
ac rarescentem mundos gignere. Nihil ex eo q̄d non sit
fieri. neq: in id quod minime sit corrup. Terram ēē ro
tundam atq: in medio sitam eamq: coepisse constantiā.
& ex calido circumferentiā ex frigido concretionē ac
soliditatem accepisse. Est autem initium opis sui. Qui
docere aliquid instituit: ei mea quidem sententia ope
pretium ē certum & indubitatū praestare pricipiū ora
tioneq: simplici atq: pudica uti;

ANAXARCHUS.

ANAXARCHUS ABDERITES diomenis
smyrnei auditor fuit. Alii metrodori chii
auditorem tradunt. hic se ne id quidem
scire dicebat q̄d nihil sciret. Porro metrodorū
alii chium. alii democritum audisse tradunt. Anaxar
chus igit̄ alexandro & congressus ē. Floruitq: circa cen
tesimam & decimam olimpiadem. Inimicū autem ha
buit nicocreontem cypri tyrannū. Et cum illum alexā
der aliquando in conuiuio rogasset: quid nam de cena
illa sentiret dixisse ferunt. Cuncta p magnifice o rex.
uerum oportebat iam caput satrape cuiusdam apponi.
nicocreontem intuens. hoc ille audito indignatus: post
mortem regis cum naui ferretur anaxarchus inuitusq: ap
pulisset cypro comprehensum in saxum concauum in
iecit iussitq: ferreis malleis caedi. Illum pene sive negli
gentem: caelebre id dictum ingeminasse aiunt. Tunde
tunde anacharsi uasculum. Nam anaxarchum nihil
terres. Iubente illo ipsius praecidi linguam: fama ē prae
cisam mordicus in eius faciem conspuisse. hic ob animi
constantiam & facilem uictum fortunatus appellabatur.
habebatq: ad emendandum maximam auctoritatem.

Alexandrum deniq: deum se esse arbitrantem cu͂ ex ictu
quodam sanguinem illi fluere uidiss& digito ostendens
ita affatus ē. hic nempe diuinus sanguis nō est. Plu
tarchus alexandrum ipm amicis hoc dixisse refert.
Alias item anaxarchum illi cum prebuiss& : ostendisse ca
licem & dixisse. Feriet̄ur deum quispiam humana manu.

PYRRHO

PYRRHO helisiensis plistarcum habuit pa
trem qd scđam diocles tradit. Is ut appollo
dorus ait in chronicis pictor fuit primu͂
atque ut alexander in successionib; scribit
drisonem stilponis filium audiuit. deīn
anaxarchum: illi ubiq: adherens ita ut gymnosophi
stas in india adierit magisq: congressus sit. Vnde &
nobilissime pbatus uidetur: in compraehensis assensus
que retinendi spetię inuecta. ut ascanius abderites auc
tor ē. Negabat enim quicq̄ aut turpe ēē aut honestu͂;
iustum uel iniustum. Eadem rōne & omnib; quicq̄
uere ēē. Caeterum lege atq: consuetudine cuncta homi
nes facere. neq: enim esse quicq̄ istud potius q̃ illud.
Consequens ad hec illi & uita erat. Nihil quippe decli
nans. nihilq: deuitans: substinebat omnia: currus si for
te occurriss& : & praerupta & canes & queq: talia nihil
omnino sensib; pmittens. cuiari inde. ut carystius an
tigonus refert a sequentib; se necessariis. Porro enaeside
mus ipm de assensu quidem retinendo philosophatu͂
ēē tradit. non tamen imprudenter gessisse singula. Vi
xit autem ad annos ferme nonaginta. Caeterum anti
gonus carystius in libro quem de pyrrhone scripsit: hec
de illo memorat ipm principio quidem obscurum &
pauperem pictoremq: fuisse. Seruariq: in helide in gym
nasio atque egredi solitum & solitarium uiuere raroq:
redire domum. Hoc autem id circo facere qd audiss&
indum quendam anaxarcho exprobrantem qd nullu͂
doceret bonum uirum fieri: cum ipse regias aulas frequens
tereret & regib: obsequeretur. Sempq: eodem pseuerasse
se uultu. atq: habitu. ut & si quispiam illum interdicen
dum desereret. ipse tamen quod ceperat pageret. & qd e:
cum in adulescentia mobilis fuerit Sepe inquit pegre

proficiscebatur · nemini quo pgeret praedicens · et quib; uolebat congrediebatur & cum aliquando anaxarchus in scrobem incidisset : ille pertransiit · nihil ei opem ferens · Idq; cum plerique culparent : anaxarchus ipse laudabat : ut indifferenter ac sine affectu · Cum secum loq aliquando deprachensus eet : rogatus cur id faceret : meditor inqt bonus ee · In quaestionib; a nemine contemnebatur q caeteris solumq; ad interrogata diceret · Qua ex re factum e · ut nausiphanes adhuc adulescentulus in eius retia ueniret · Aiebat denique oportere affectus quidem ee pirrhoni sui autem uerborum · Dicebatq; sepenumero epicurum couersationem institutumq; pyrrhonis admirantem ipm de se pcontari iugiter solitum · Tanto autem in honore patrie fuit · ut ipm pontificem constituerit : atque illius gratia phos pu · decreto omnis immunitate donauit · Complures item habuit instituti sui emulos · Amplectitur hunc mirifice timon in pythone et in sillis & indalmis qd liber euaserit omib; pturbationib; supstitione q; & uanitate & captione sophistica · ac dei instar inter homines regnarit · huc autem athenienses & ciuitate honorarunt : ut refert diocles q cotyn thratium interemisset · Pie uero et cum sorore sua obstetrice uixit : ut heratosthenes in libro de diuitiis & paupertate refert · Quo tempore ipse si opus eet : publice aues quasq; porcellosq; uenundabat domiq; indifferes mundicia erat. Fertur ob huiusmoi indifferentiam & scrofam lauare solit' Et cum sorori quandoq; succensuisset · phedista autem uocabatur : argueretq; illum quispiam : ut inmemorem instituti sui : non inquit muliercula documentu erit nre indifferentiae · Rursum cum se inuadentem canem reppulisset causanti cuidam graue inqt e & pdifficile hoiem penitus exuere · Certandum uo pro uirib; · primu qdem opib; · sin autem ut ratione aduersum res · Aiunt illum & medicamenta putria & sectiones & ustiones sibi ulceris cuiusdam gratia inuectas : tanta tulisse constantia ut ora ne contraxerit quidem · Eius hanc dispositionem & timo in hisque scripsit ad pythonem prosequitur ·

Philo quoq; atheniensis ipius necessarius illum democriti maxime fuisse studiosum · cum et homeri dixit illos eius uersiculos iugiter pronuntiare solitum · Amplectiq;

philo

homer'

qd homines muscis & auib' compara&. Illos item phi benter & saepe proferre. Sic & coetera illius quib; infirmitas & inania studia atq; pueriles hominu mo tus indicantur. Possidonius autem de illo tale qdda retulit. Naui aliquando ferebatur & cum socii tempe state acti moestiores eent ipe tranquillo animo pdu rans: porcellum innaui edentem attendebat. dices oportere sapientem hanc illius imitari securitatem.

S olus hunc numenius dogmata & edidisse ait. huius praeterea memorabiles isti fuere discipuli. Eurilochus: cuius id notatur uitium. Aiunt illum aliquando ita furore instigatum ut sumpto ueru cum carnib; co quum in forum usq; psequeretur. Et in helide qonib discipulorum fatigatum abiecto pallio alpheum tranas se fluuium. Erat autem sophistis infestissimus sicuti & timon refert. philo autem indisputationib; erat fre quentior. Vnde & sic deillo ait. hecateus praeterea ab derites & timo phliasius poeta sillo*z* scriptor: dequo dicemus. Nausiphanes quoque teius: cuius pleriq: epi curum auditorem fuisse tradunt. eius discipuli fuere hij omnes a magistro quidem pyrrhonii. ceteru a dog mate aporetici & sceptici preterea que & ephettici & zetetici appellabantur. Est enim Zetetica phia sicdic ta quod semp inueritatis inquisitione uersetur. Porro sceptica quod semp querat & nunq inueniat. Ephec tica autem dicitur ab euentu q facie& post inqui sitionem contineatur assentio. Aporetica uo: q eius sectatores semp abdubitent. Atq; apyrone pyronii ut diximus denominati sunt. Enimuero theodorus in scepticis capitul. scepticam pyronia minime appella ri oportere ait. Nam siquidem motus & agitatio me tis alterius comprehendi a nob no pot profecto py ronis affectum ignorabimus. At si illum ignoremus. pyronij quo pacto dicemur: praeterquā q neque py ro pmus scepticeś inuentor fuit. neque ea dogma ali quod habeat. Rectius autem diceretur pyronis mo rib: similis. Cuius secte principem homerum fuisse pleriq: autumant. qd is de reb; eisdem preter ceteros alias aliter loquitur: neq: diffinite qcq dogmatis i more

aut ex sententia asserit. Deniq; & septem sapientes i
hoc genere fuisse uersatos: quorum illa sint. Nihil ni
mis: & sponsioni adiacet dammum. q̊ significetur q
firmiter ac sciens fideiussor existat illum e uestigio
in comoda subsequi. Archilocum item & eurypide
id genus exercuisse. Sed & xenophanes & Zeno elea
tes & democritus secundum eos sceptici sunt. ex q̄b⁹
xenophanes quidem ait. Atq; quidnam manifoe
stum sit nullius uiroꝝ neque erit quispiā q sciat
Z eno autem motum tollit dicens. Omne q̄ mouet
neq; in quo est mouetur loco: neq; in q̊ non ē. Por
ro democritus exclusis qualitatib;: ubi ait lege cali
dum & lege frigidum. Est autem ea athomi & ua
cuum. Ac rursum. Causa quidem nihil nouimus
Nam ueritas in profundo ē. Plato item id q̄dem q̄
uerum sit diis deorum filijs concedit. Ceterum
rōnem probabilem pquirit. Eurypides quoq; du
bitat an uiuere sit emori. moriq; uiuere mortales
putent. Empedocles item quedam uix dici posse
alia neque auditu pcipi neq; mente cōprehendi ait.
idq; solum probari q̄ quisq; putarit. heraclitus ti
dem de reb; maximis ne quicq̄ conie&andum astru
endumq; temere negat. hyppocrates pari rōne ambi
gue atq; humano more loquitur. Atq; longe antea
homerus uersatilem ait mortalium linguam. mul
tosq; sermones ingentemq; ēē uerboꝝ legem. & que
quispiam dixerit eadem & auditurum aequas uer
borum uires obiectionesq; significās. Itaq; huiusmoi
sceptici sectarum omnium dogmata euertere pstabat.
nihil ipi dogmatis ratione afferentes atq; ad ceteroꝝ
enuntianda dogmata atq; enarranda procedentes ni
hil diffiniendo: ne hoc ipm quidem. Ita & ipm quoq;
nihil diffinire tollebant dicentes. puta nihil diffini
mus. Nam profecto diffinire&. Ceterū sententias alioꝝ
proferimus nostre firmitatis inditiū. Itaq; & si annuē
dos hec indicare possibile ēēt at uoce diffinim⁹ nihil
E xeo igitur quod dicimt: nihil diffinim⁹ morb⁹ q apexia
dicitur q̄ neutram in partem sententia propensius incli
ne& insinuat. Ac p id qd̄ profert nihil magis. Atq; id

omni rationi ratio obiecta reperit̄ & similia. Dicit̄ aūt
nihil magis etiam positiue de quibusdam q̄ ficta sint: pu-
ta nihil magis pirata mal' est q̄ mendax. Verum ab hui-
modi sceptICIS n̄o positiue: sed negando dicitur. sicuti ab.
improbante cum dicit. n̄o magis scylla fuit q̄ chimera.
I pm uero magis aliquando p comparationē pronuntiatur.
ut cum dicimus magis dulce mel q̄ uuam ēē aliqn̄ item
positiue ac p negatione: ut cum dixerimus magis prodest
uirtus q̄ obē. Significamus em̄ uirtutem prodesse n̄o
obēē. Verum & ipam uocem: nihil magis eiusmōi hoīes
tollant. Sicut enim n̄o magis ē prouidentia q̄ non est
ita & nihil magis n̄o magis est q̄ non ē. Significat i-
gitur ea uox sicut & timon in pythone ait nihil diffi-
nire uerum herere ambiguum. Porro que uerb̄ omnib'
m̄ ē uox: ea quoq: cogit assensus detentionē. Nam si-
quidem dissidentib: rebus uerba tantundem ualeant
ueritatis ignoratio sequitur. Ne huic quidem rōni deest
ratio que aduersetur. Quae & ipa cum tulerit reliquas:
a semet ipa sublata peribit. n̄o secus atq: medicamēta.
quae ubi epota prius materiam exhauserint: & ipa ege-
runtur & pereunt. Aiunt autem dogmatici se n̄o modo
n̄o tollere: uerum & asserere rationem. Solum itaq: mi-
nistris utebantur rationib:. Neq: enim fas erat ratione
rationem n̄o tolli. Quemadmodum dicere cōsueuim'
locum n̄o ēē & locum omnino dicere oportet & si non
dogmatis at demostrationis ratione. Nihilq: secundum
necessitatem fieri. & tamen necessitatē dicere oportet.
T ali quodam interpretationis modo utebantur. res non
eiusmodi p naturam ēē: quales uidentur: sed uideri
tantum. At ea inquirere dicebant: n̄o que intelligeret.
quod enim intelligitur liquet. sed quorū p participationē
sensib: traderet. Est igitur pyronis ratio memoria que-
dam earum rerum quae uidentur: siue quomodolibet
intelliguntur. secundum quā omnia omnib' conferūt
E aq: comparata longe inutilia plenaq: perturbationis ēē
cernuntur. sicut ait aenesidemus in troductione ad py-
ronia. Porro ad eas que in speculationib: sunt oppositio-
nes. cum prius ostenderit quib' modis res queq: psuade-
ant eisdem modis illarum fidem tollunt. Nā psuadere

quidem ea quæ secundum sensus cōcorditer se habent:
& que ut nunq̄ ut raro incidunt. consueta item & que
legib: diuisa sunt. oblectantia quoq: & admirationi pa-
tentia. Demostrabant itaq: ex his que contraria sunt
equas ēē psuadentibus. Porro ambigua secundum con-
cordiam earum rerum que ut aspectui uel intelligentiæ
subiecta sunt: decem modis tradebant quib: subiecta dif
ferre uidebantur. Ex his primus ē q constat ex anima-
lium differentiis ad uoluptatem & dolorem cōmodaq:
& incomoda. Ex eo autem colligitur nō easdem ab eis-
dem phantasias incidere. quodq: eam pugnam necessa-
rio sequitur assensum continere. Quippe animalium alia
absq: coitu gigni ut sunt queque in igni uiuunt. pyri-
bia uocantur phoenixq: arabica atq: teredines. Alia in ite
ex congressu ut sunt homines & cetera atq: alia sic alia
sic comparata sunt. Quo circa etiam sensib: differunt.
P uta aquila acutissime uidet canis sagacissime olfacit.
Est igitur rationi ualde rationi consentaneum que dif-
ferenter oculis incidunt eorum itidem differre phantas-
mata. Atq: capræ quidem uirgulta alimento ēē: homini
autem amaritudinem gignere. Cicutam quoq: cōturni-
ci nutrimentum: homini inferre peritem. Sunt itē simu
edere quæ minime equus adtingat. Secundus ex homi-
num ingeniis pgentis comparationesq: colligitur. Denuq:
demophon mensis prefectus alexandri ad umbram cale-
fiebat soleq: rigebat. Andron item arguius: ut ait aristo-
teles p arida libie loca absq: potu iter agebat. Alius item
medicinæ agriculture alius: alius mercature studiosus ē.
A tq: ista quidem aliis prosunt aliis obsunt. Qua ex re con-
tinendus assensus ē. Tertius ex differentiis sensuum poris
accipitur. Nanq: malum aspectu pallidum: gustu dulce:
tactu lene: olfatuq: flagrantia odoris gratissimum inci-
dit. Eademq: forma pro speculorum uarietate nō eadem
cernitur. Consequens igitur ē qd apparet nō magis id ēē
q̄ aliud. Quartus circa affectus communiter uicissitudines
q: uersat. puta sanitatem morbum: somnum euigilatiœ:
gaudium: tristitiam iuuentam: senectam: audaciam: me-
tum: indigentiam: copiam: amicitiam: odium: calorem:
frigus: spirare: spūs q: meatus intercludi. Alia itaq: uidet

quae incidunt praeter dispositiones quaslibet. Neq:
enim qui uesani sunt preter naturã se habent. Quid
enim illi magis q̃ nos. Namq: & nos solem uelut stan-
tem intuemur. Theon autem tithoreus stoycus dor-
miens in somnis ambulabat periclisq: seruus in summo
tecto. Quintus circa leges atq: instituta fabulosasq: pro-
bationes atq: artificialia fędera dogmaticasq: opiniones
uertitur. In eo continentur quæ de honestis ac turpib;
uerisq: & falsis. Deq: summo bono. De diis & genera-
tionib; & corruptione omniumq: apparent disputan-
tur. Deniq: q̃ apud alios iustum. apd alios iniustum
ẽ. Idemq: aliis bonum aliis bonum aliis malum pu-
tatur. Nam psis quidem filiab; misceri legitimũ est.
I d uõ grecis nepharium existimatur. Atq: massagete
quidem ut eudoxus inprimo piodo refert uxores
hñt communes. graeci eam comuniõne detestantur
C ilices item ieiuniis gaudent. greci nõ sic. De diis quoq:
alii aliter sentiunt. Quippe illorum prouidentiã alii
confitentur alii negant. Aegiptii quoq: condientes se-
peliunt corpora. romani contra incendentes. peonesq:
instagna proicientes. Unde circa ueri professionẽ con-
tinetur assensio. Sextus incongressib; societatib;q: con-
sistit secundum quem liquide nihil pse & integre
appar& sed cum aere ac lumine liquido ac sordido. ca-
lore: frigore: motu: euaporatione ac ceteris aliis. Neq:
enim purpura colorem sui uarium pfert ad solem ac
lunam & lucerne igniculum. color item noster diuer-
sus sub meridiem appar& & sol itidem. Lapis item q
a duobus in aerem tollitur: in aqua facile transfert. siue
enim grauis existens ab humore leuigatur: siue leuis ab
aere grauatur ignoramus quid seorsum sit uelut in un-
guento oleum. Septimus circa recessiones & positiones
quasdam & loca & ea quae in locis sunt uersatur. peu
quę uidentur magna ẽẽ modica apparent: quadrata:
rotunda: plana: tumul plena. recta pfracta. pallida co-
loris alterius. Sol deniq: longinquus q̃ sit ab ẽẽ uidet.
montesq: de longe aerii ac lenes. e uicino asperi ẽẽ cernunt.
ac prerupti. Sol itidem oriens qdem alius uidet. alius
cum medio coelo se fundens. Atq: idem corp' in nemore

aliud · aliud in patulis campis appareat effigiesq; preter
propriam positionem & columbe collum in conuersio
ne uidetur · Quoniam igitur extra loca & positiones
ista considerari nequeunt · illorum quoq; natura igno
ratur · Octauus in quantitate earum rerum : siue calore
uel frigore uel uelocitate seu tarditate : siue pallore : siue
colore immutato consistit · Namq; uinū modice sump
tum firmat atq; roborat · immodice statim mentis euertit ·
Inde & de cibo & de similib; · Nonus ē q preter solem
nem nature morem uł nouum uł rarum contingit ·
Denuq; terremotus apd quos crebro contingunt : admi
rationi nō sunt · Sol itidem quia quotidie cernit.
Decimus ex alterna conlatione constat : puta graue ad
leue : forte ad imbecillum : maius ad minus · supius
ad inferius · Dextrum etenim nō p natura dextrum
ē : uerum ex sinistro conlatione intelligitur · Nam
si tollatur sinistrum dextrum nō erit · Eadem ratioē
& pater & frater qi ad aliquid dicuntur : & dies ue
luti ad solem atq; omnia ueluti ad mentem · Que igr
ad aliquid dicuntur p se ipa incognita sunt · Atq; hi
quidem decem moi sunt quos predi ximus · Ceterum
agrippas his quinq; alios induxit · Eum q ex dissonan
tia colligitur : & qui in infinitū progreditur · & eum
q ad aliquid dicitur : quinq; ex tamq probato : & q
p inuicem conficitur · Qui igitur ex dissonantia que
stionem quacumq; fuerit apd phos proposita ex con
suetudine ingentis pugne & pturbationis indicat
plenam : qui uero in infinitum procedit : quicqd
quesitum fuerit affirmari minime pmittit quod aliud
ab alio fidem capiat : atq; ita in infinitū res prodeat ·
Qui autē ad aliquid nihil percipi secundum p omnia
dicat sed cum altero · Quocirca & ignota eē · Porro ex
tamq̄ probato constat modus · cum putant qdam ex
se ipis principia rerum oportere pcipi qi probabilia
neq; ulterius inquiri q̄ futile & inane est · Contrariū
enim quispiam subiciat · Per inuicem autē modus con
sistit : cum quod quesitam rem firmare debuit · ipm
opus ht ab eo quod queritur fidem capere · Puta si poros
quispiam id circo eē asseueret : q̄ uapores fiunt · ipsum

adfirmationē summit ꝙ minime debuit. Tollunt autē
isti omnem demonstrationē omneq; iudicium & signū
& causam & motum atq; discentiā & generationem: &
ꝙ natura quippiam aut bonum aut malum sit. Omnis
enim aiunt demonstratio aut ex demonstratis rebus cō-
stat: aut ex nō demonstratis. Si igitur ex demonstratis.
& illa demonstratione aliqua egebunt: atq; ita in infi-
nitum pgetur. Si uō ex nō demostratis siue oīa siue
quaedam sunt unum & solum dissideat: totum & de-
monstratione non egeant: mira illoꝝ sententia ē: si nō
intelligunt hoc ipm inprimis ꝙ fidem habeat ex eis pro-
batione indigere. Neq; enim quatuor ēē elementa in
astruendum ē: ꝙ quatuor sint elementa praeterea si neget
pticulares demonstrationes: generalem q̊; demonstratiōe;
tolli necesse ē. Ut autem sciamus demonstratiōem esse
iuditium erit necessarium. Itidem ut iuditiū esse noue-
rimus: demonstratione opus erit. Vnde utraq; cū ad in-
uicem referantur incomprehensibilia sunt. Quonam
ergo modo pcipiantur quae manifesta sunt: si ignoret
demonstratio? Querunt autem nō an talia appareant:
uerum an p substantiam ita se habeant. Stultos uero dog-
maticos dicebant. Q̄d enim ex tanq̄ probato cōcludit
nō contemplatiōis: uerum positionis ratione ħt. Porro
eiusce ratione & in impossibilib9 argumētari lic&. Ce-
terum q arbitrentur minime oportere ex his quae secū-
dum naturam sunt leges ferre: eos dicebant modos re-
rum omnium sibi diffinire. nequaq̄ intuentes ꝙ appa-
reat omne id secundum reluctationem affectumq; ap-
parere. Siue igitur uera omnia ēē siue falsa omnia di-
cendum ē. Si uā autem quaedam uera sunt quonam ea
discernemus modo? Neq; enim sensu quę secūdum
sensum sunt cum omnia sibi uideantur ęqualia: neq;
intelligentia ob eandem causam. his autem explosis iu-
dicib9: nulla iudicandi uis reliq̊ cernit. Quid igitur
aiunt de aliqua siue sensibili siue intelligibili re astruit
priusq; de ea re sunt opiniones constituere deb&. Alii
enim ista: alii ista abstulerunt. Necesse ē autem ut sen-
sum ut intelligentia iudicari. Ceterum de utrisq; cōten-
tio ē. Non igitur possibile ē opiniones de reb9 sensibilib9

caveve. Q̄d si uider inquisitionem ēē q̄ dmostratiōi

intelligibilibusq: iudicare. Siue pp eam quae ē intelli
gentis pugnam omnib: renuntiandum ē. tollet men
sura: qua cuncta diligenter exacta uident. Omnia ig
aequalia arbitrabuntur. ad hec aiunt q nobiscum inqui
rit qd appar& probabile sit necne siquidem probabi
le ē. nihil aduersus illum dicere poterit aut contra uide
tur. Sicut enim ipe probabit est qui apparere dicit. ita
& aduersarius. Sin autem non probabilis: neq: ipi cre
detur qui apparere dicit. Qd autem psuad& uerum
ēe arbitrandum nō est. Neq: enim idem omnib: psua
d&. neque eisdem iugiter. fit autem psuasio & preter
id qd extrinsecus ē. siue praeter dicentis opinionē: siue
praeter curam: siue praeter suauitatē: siue preter cōsue
tudinem: siue praeter id quod gratum ē. Tollebant aut
& iuditium ista ratione. Siue iudicatum ē iuditium:
siue iniudicatum. At siquidem iniudicatum ē improba
tum consistit. Exciditq: ueri falsiq: iudicio. Sin uero
iudicatum unum erit eorum quae p partes iudicant. Itaq:
siidem ē: & iudicare & iudicari. id quoq: qd iuditium iu
dicauit ab altero iudicabitur: illudq: rursus ab alio. Atq:
ita ininfinitum proced&: praeter q quod de iudicio sen
tentia consors non ē. Aliis hominem iudicium ēe dicen
tibus. aliis saensum: aliis rationem: quibusdam item per
ceptibilem phantasiam. Atque homo quidem & secum
& cum aliis dissid&: qd ex legum consuetudinumq: dif
ferentiis constat. Porro saensus falsa renuntiant. ratio
autem discordat pceptibilq: phantasia ab animo iudi
catur animusq: ipe uarii motib: uertitur. hac ergo rone
ignotum ē iuditium: ac p id ueritas quoq: ignoratur. Si
gnum item ēe negant. Nam siquidem signum ē inquit:
aut saensibile sit necesse ē aut intelligibile. At saensibi
le nō est. Nam saensibile commune: signum uo propu
ē. Ac saensibile quidem saecundum differentiā. Signum
uo eorum que ad aliquid dicuntur ē. Intelligibile uide
nō est. Nam intelligibile nō est siue qd appareat ex eo qd
uidetur & nō uidetur: ex eo qd non appar& & appar&.
S ignum ergo nō est. Nam nullus istorum signum ēe pot
Ex eo autem saequitur nihil incaertum comprehendi pos
se. Nam p signa dicuntur obscura comprehendi. Causaq:

itidem hac ratiocinatione tollunt. Causa eorum quae ad aliquid dicuntur ē: quippe ad causale ē. Quae uō ad aliquid dicuntur: solummodo intelliguntur: nō autem existunt. Et causa igitur tantum intelligitur. Nam siquidem causa ē illi deesse nō debet cuius dicitur cā alioquin causa nō erit. Ac sicuti pater nisi adsit is ad quem pater dicitur: nequaquam pater ē. ita et causa. Non autem adest ad quod causa intelligitur. Neq: enim generatione: neq: corruptione neq: aliud quippiā. Nō ergo causa ē. Atqui siquidem causa ē. siue corpus corporis ē causa: siue incorporale incorporalis. Nihil ē autem horum. Non igitur ē causa. Nam utraq: eandem habent naturam et si alterum dicatur causa inquantum corpus ē et reliquum corpus sit efficietur causa. At si communiter ambo causae erunt: nihil erit patiens. Porro incorporeum incorporei nequaquam causa erit: ob eandem rationem. Incorporeum item corporis cā non erit. quia nihil incorporeum corpus facit. Corpus itidem incorporei cā nō est: quia quod fit ex patiente subiecta materia esse debet. Nihil autem patiens ē quod incorporeum sit. nec aliquo fit: non ē igitur causa. Atq: ita colligitur minime subsistere principia rerum. Aliquid enim sit necesse ē quod facit atq: operatur. Enimuero neq: motus ē. Nam quod mouetur in loco ubi ē mouetur in quo autem nō est neq: mouetur. nō est igitur motus. Disciplinā item hoc modo auferebant. Siquid aiebant: docetur: siue quod est eo ipso quod ē. siue quod non ē docetur. Neq: uō quod ē: eo ipso quod est docetur. Nanq: natura omnium quae sunt: omnibus patet atq: cognoscitur: neq: id quod non ē: eo quod nō ē. ei autem quod non est nihil contingit ita ne doceri quidem.

Ne generatio quidem inquiunt ē. Neq: enim fit quod est. ē quippe. neq: quod non ē: neq: enim subsistit. quod autem nō subsistit: neq: est: ne fieri quidem. Natura quoq: bonum aliquid aut malum esse: ita negant. Siquid aiunt natura bonum aut malum ē: omnibus bonum aut malum esse debuit.

Quemadmodum et nix omnibus aeque frigida ē. Nihil est autem bonum aut malum quod sit commune omnium. Nō igitur ē natura bonum aut malum. Aut enim omne quod a quopiam putatur: bonum dicendum ē: aut nō

omne · At omne quidem dicendum · Nanq: iddem ab
aliquo putatur bonum · sic uoluptas ab epicuro · ab ali
quo e conuerso malum · Continget igitur id q fieri
non pot · iddem & bonum ee & malum · Quod si no
omne q ab aliquo putatur bonum dixerimus : necesse
erit nos discernere opiniones : q p parem rationum
uim possibile no est · Ignoratur itaq: q sit na bonu;.
licet autem totum conclusionis illoru modum ex his
quae relinquere monumentis animaduertere · At n.
pyrrho quidem ipe nullum reliquit opus · uoeru di-
scipuli & necessarii sui · Timon & aenesidemus nume
niusq: atque nausiphanes & alii huiusmoi · Quibus
contradicentes dogmatici aiunt illos & comprehende
re & dogmata afferre · Nam in eo qd arguere & ceteros
euertere conantur profecto comprehendunt · Atq: in
eo ipo & asserunt & dogmata inferunt · Nam cu se ni
hil diffinire aiunt : omniq: roni contraria obiectam
ee rationem · ea ipa & diffiniut & dogmata proferunt
contra illi respondent · Atq ea que patimur ut homi
nes fatemur · Nam & q dies sit : quodq uiuamus
& cetera in hunc modum quae multa nra manifesta
sunt · scimus · Ceterum in his quae dogmatici asseriut :
ea se ratione comprehendere dicentes : ueluti incertis
continemus assensum · Solas uo passiones agnoscim
N anq: nos & uidere confitemur : nosq: id intelligere sci
mus · uoerum quo pacto uideamus aut intelligamus
ignoramus · Quodq: hoc album uideatur narran
do dicimus no asserendo an ita sit · Porro de ea uoce
qua nihil nos diffinire dicimus : atq: similib; que di
cuntur no dogmatib; · Neq: enim similia sunt his quae
illi asserunt · puta q globosus sphere instar sit mun-
dus · Nam id quidem incertum e · hec uo certe consensio
nes sunt · In eo itaq: q nihil diffinire dicimus · neq:
hoc ipm diffinimus · Rurs illos dogmatici uita & tollere
asserunt : dum oia ex quibus uita constat euertunt · Co-
tra eos illi mentiri arguunt : no enim uisum se auferre :
sed quo se habeat uis uidendi ignorare dicunt · Atq:
q apparet ponimus : no quod tale quale cernit sit · Ignis
item incendia sentimus : uerum an heat incendendi na;

assensum continemus. Quodq; moueatur q̄piam & inte
reat uidemus. Verum ista quo pacto fiant ignoramus. His
igitur aiunt solum reluctamur: quae conspicuis reb; pro
xime assistunt incerta. Namq; dum effigiem eminentias
habere dicimus: quod uidetur exponimus. Cum uō non
habere eminentias asserimus. nō iam q̄d cernit̄ sed aliud
dicimus. Vnde & timon in pythone ait. nō excessisse
consuetudinem. Atq; indalmis ita dicit. At quod uide
tur omni robore quocunq; puenerit. Atq; in libro de
sensibus. quod inquit istuc dulce sit nō aio. q̄d aute;
uideatur assensior. Aenesidemus q̄; in primo de pyrrho
nis rationib;: nihil ait pmodum dogmatis diffinire
pyrrhonem pp contradictionem. uerum quae sint cō
spicua sequi. Eadem ferme ait in libro contra phiam
& in libro de questione. Zeuxis itidem aenesdemi ne
cessarius in libro de duplicib; rationib; anthiochusq;
laodicenus: & appellas in agrippa: ea solum ponunt
quae uident̄. sicuti & enesidemus ait. In ea sententia
& epicurus fuit. Porro democritus nihil se nosse ait.
eorum quae uidentur quaedam uero ex his ne ee q̄e
A duersus huiusmōi iuditium dogmatici aiunt: ab
eis ipsis uarias phantasias incidere quemadmodu;
a turre uel rotunda uł quadrata scepticus si neutram
praefert sine effectu erit: si uō alteram sequitur:
nō iam inquiunt equas uires. hisq; uident̄ redd&. Ad
quod aiunt sceptici neq; alias phantasias incidere.
V trasq; uideri dicemus atq; iō uisibilia ponere quia
uidentur. Postraemo autem sceptici assensus con
tinentiam eam asserunt quam sequatur umbrae in
morem animi tranquillitas: atq; constantia ut ait &
timon & enesidemus. Neq; enim ista aut eligeremus
aut fugeremus quae in nob̄ sunt. Que uō in nobis
nō sunt: sed p necessitatem uitare nō possum̄: ut est
scepticos esurire & sitire & dolere. Neq; enim ista
ratione auferri possunt. Dicentib; uero dogmaticis
posse uiuere scepticos: nō detractando si iubeantur
& iam prem necare respondent illi de dogmaticis quo
modo uiuere poterit & abstinere q̄onib; nō demū
danis & obseruandis. Itaq; eligimus aliq̄ ex cōsuetu

Ex iis [illegible] iudicium [illegible] sceplicos [illegible]

dine: & fugimus: & legibus utimur. Sunt qui dicant scepticos finem dixisse tranquillum animi statum: sunt item qui mansuetudinem.

TIMON

TIMON apolloniates niceus: de quo in primo commentariorum in sillos libro diximus quod opus suum ille tyberio cesari dedicavit timonem asserit patre timarcho genere phliasium fuisse: iuvenemque saltationi operam dedisse choreasque duxisse. Postmodum choreis repudiatis megara se ad stilponem contulisse: quo cum diutius commoratum rursus in patriam redisse. uxoremque duxisse. Tum in elidem venisse cum uxore ad pyrrhonem. ibique moratum esse quoad illi filij nati essent: quorum qui maior natu erat xantum vocasse: medicinamque docuisse: viteque & instituti sui successorem reliquisse. Erat autem sicut & sotion ait in undecimo: eloquentia & sapientia insignis. Cum tamen egeret alimentis: in helespontum: propontidemque concessit: atque in calcedone philosophiam & oratoriam exercens: multum admirationis est meruit hinc iam locupletior factus athenas profectus est. atque illic ad obitum usque perseveravit. cum breve tempus thebis egisset. antigono item regi & ptolomeo philadelpho cognitus & carus fuit. sicut ipse in iambis illi attestatur. Erat autem inquit antigonus & potationis studiosus: atque philosophis interdum vacabat. Namque & poemata conscripsit. & versus & tragedias ac satiras & comedias. xxx. tragoedias vero. lx. Sillos item & cinedos. Feruntur eius & librarii adiuncti versuum milia tendentes: quorum & antigonus caristius meminit. qui vitam eius conscripsit. Sillorum vero libri tres sunt in quibus ut pote scepticus in dogmaticos omnis maledicta atque convitia intorquet. Ex his primus planam atque perspicuam habet interpretationem enarrationis in modum. Porro secundus & tertius dialogi speciem tenent. Videtur autem xenophanem colophonium de singulis inquirere: illique sibi respondere. Atque in secundo quidem de antiquioribus: in tertio autem de posterioribus agit. Unde illum quidam epilogum inscripsere. Primus autem continet

praeterq̄ quod poesis illa ex p̄sona sua ē. Hic autem
illius fuit initium εσπετενυν μοι οσοι πολυπραγ μονεσ
τελεσοφισται. Mortuus ē autem annorum ferme nonagi-
ta ut ait antigonus & sotion inundecimo. Hūc ego
luscum didici. Nam & ip̄e cyclopem se appellabat.
F uit & alter timon. homines inp̄rimis exosus. Fuit aūt
philosophus timon hortorum studiosus maxime: ac
solitudinis amans. quemadmodum & antigonus refert.
F ertur hyeronimus p̄ipateticus de illo dixisse. Sicut ap̄d
scythas & qui fugiunt & qui p̄sequunt̄ sagittas intor-
quent: ita & apud p̄hos alii p̄sequendo discipulos ca-
piunt: alii fugiendo quemadmodum & timon. Erat
autem acri ingenio atq: adirridendum promptus &
uehemens. litterator q: illustris & poetis fabulas scribere
aptissimus & poemata componere. Alexandrum uō
& homerum tragoediarum socios accersere gaudebat.
E t cum uel ab ancillis ul' a canib; p̄turbaretur: uersifi-
care solitus erat nihil eq̄ue studens atq: tranquillā
uitam adp̄rehendere. Aiunt aratum ab illo quęsisse
quo pacto quispiam homeri poema sine menda con-
sequi possę. illumq: dixisse. si antiqua legat exem-
plaria: non ea quae nup̄ emendata sunt. neglecta
quoq: ap̄d illum poemata iacebant aliquando &
corrosa adeo ut eum & Zopyro oratori recitarę &
euoluerę q: uolumen q̄d occurrerat legerę inmedio
ferme operis principium notarit auulsum loco ea-
tenus ignorans. Adeo erat indifferens ac facil' in
uictu erat: ut nullum prandii temp̄ obseruarę. Aiūt
autem ip̄m cum uidissę arcesilaum assentatorē in-
cedentem medium dixisse. Quid huc tu uenisti: ubi
nos liberi sumus? Assidueq: dicere solitus erat ad eos
qui sensus cum animi attestatione diiudicant con-
uenit attagasq: & numenius. Consueuerat & ista lu-
dere. Deniq: ad eum qui cuncta mirabatur ait. Quid
autem nō miraris quia tres cum simus: quatuor ha-
bemus oculos? Erat autem ip̄e luscus & dioscorides
discipulus eius. Rogatus autem aliquando ab arcesi-
lao cur ex thebis adessę ait ut uos in apto intuens
rideam. Arcesilaum tamen cum in sillis carperę lau

dauit illum in eo libro q inscribit arcesilay de ce
nis. huius successor ut menodotus refert: nemo fuit:
sed eiusce defecit institutum. donec illud ptolomeus
cyreneus instaurauit. Porro hippobotus & sotion ipsi
auditores fuisse tradunt dioscoridem cyprium ni
colochum rhodium euphranoremq; seleucum &
praylum a troade: qui adeo constanti aio fuit ut
tradit philarcus historicus, ut pateret se iniuste ue
luti proditorem cruciari. ciues ne uerbo quidem sup
plici exorans. Euphranorem autem ebulus alexan
drinus auditor ebuli uero ptolomeus auditor fuit
E um uero sarpedon atq; heraclides audiere. Porro
heraclidem aenesidemus gnosius audiuit. q pyrr
honiarum rationum octo inscripsit libros Aenesi
demum zeusippus polites zeusippum uero zeusis
qui gomopus dictus est. Hunc antiochus laodi
cenus ex lico: quem rursus menodotus nichomeden
sis medicus empiricus & theodas laodicenus audie
re. Menodotum autem herodotus ariei filius tarsen
sis. herodotum uero sextus empiricus audiuit cui
sunt decem illa uolumina ΣΚΕΠΤΙΚΩΝ aliaq; pulcher
rima. Porro sextum saturnius audiuit cognomento
cythinas & ipse empiricus.

LAERTII DIOGENIS VITE ATQVE SENTENTIAE EORVM QVI IN PHILOSOPHIA CLARVERVNT LIBER DECIMVS INCIPIT FELICITER

EPICVRVS

EPICVRVS NEOCLIS ET CHERESTRATE
filius. patria atheniensis pago charge
ttius ex philaidarum familia ut me
trodotus in libro de ingenuitate refert.
Sunt q illum dicant & in primis he
raclitus in sotionis breuiatione: cum
athenienses samum sortiti essent illic nutritu esse. ac
demum octauum decimum agentem aetatis annum
rursus athenas concessisse. quo tempore xenocrates

in achademia aristoteles chalcide scholam habebant.
Defuncto autem alexandro macedone: & atheniensium sub perdicca afflictis rebus: colophonem se ad patrem contulisse ubi cum aliquandiu commoratus esset: congregasset que discipulos: athenas iterum redisse sub anaxicrate. ibique aliquatenus cum caeteris communiter philosophatum esse.
Deinde seorsum sectam a se uocatam constituisse. Quartodecimo uero aetatis anno philosophiae dare operam coepisse: ipse in epistola testis est. Appollodorus autem epicureus in primo de uita epicuri refert illum ad philosophiam se contulisse gramaticos arguentem quod percontanti sibi quidnam esset apud hesiodum chaos exponere non potuisset. Grammaticam uero illum docuisse primum ac demum lectis democriti libris philosophiae dedisse manus hermippus auctor est. idque timonem de illo dixisse ΥCΤΑ ΤΟC . ΕΚ CΑΜΟΥ . ΕΛΘΩΝ ΑΥ ΦΥCΙΚΩΝ . ΚΑΙ ΚΥΝΤΑΤΟC ΕΚ CΑΜΟΥ . ΕΛΘΩΝ ΓΡΑΜΟΔΙΔΑCΚΑΛΙΔΗC ΑΝΑΓΩΓΟΤΑΤΟC ΖΩΝΤΩΝ. Adiecti sunt autem illi ad philosophandum ipso hortante: tres ipsius fratres neocles chaeredemus: & aristobulus ut ait philodemus epicureus in decimo de philosophorum compositione. Seruus item illius mus nomine ut myronianus refert in legibus historicis capitulis
Enimuero diotimus stoicus infesto aduersus illum animo acerrime illum insectatus est quinquaginta ferens impudicas & lascivas ueluti ab epicuro scriptas epistolas eaque chrisippi feruntur ueluti sub eius nomine componens. Posidonius item stoicus & nicolaus & sotion in xii. eorum quae inscribuntur dioclis argumenta. sunt autem fere uiginti quatuor & dionysius alicarnaseus cum matre aediculas circuisse: purgamenta legentem litteras cum patre docuisse mercedis exiguae stipem tradunt. Vnumquodque ex fratribus lenocinatum esse ipsumque leontiae meretrici congredi solitum.
Democriti quoque de athomis. Aristippique de uoluptate libros ut suos asseruisse: neque fuisse legitimum ciuem: ut timocrates ait. & herodotus in libro de pubertate epicuri: mythro que lysimachi dispensatori per epistolas foede adulatum esse paeanem illum ac regem appellando. Idomeneum inde & herodotum atque timocratem qui se eatenus obscurum suaque dogmata illustrarent per epistolas laudare: eisque ob hoc ipsum ab

sentari. Scribens ad leontiam quidem in hunc modum. Pean
rex o mea leontarium: cuiusmodi me impleuit plausu tua
epistolam legentem. Ad themistam item leontis uxorem. Quot
enim inquit ego sum. nisi uos ad me proficiscamini: propter
ipse quocumque uos ac themista me arcessatis irruere. Ad pytho
clem uero formosum adulescentem: consumor inquit atque desiderio
amabilem tuum ac diuinum ingressum sustines. Rursumque
ad themistam scribens monere ipsam arbitratur, ut theodorus
in quarto aduersus epicurum libro ait. Aliis item compluri
bus meretricibus scribit & leontiae in primis quam metrodorus
amarit. In libro quoque de finibus sic loquitur. Nam equidem
nihil habeo quod bonum intelligam. si saporum uoluptates
& quae ex uenereis constant & quae auribus percipiuntur quaeque
ex formae uenustate blandiuntur oculis auferam. Scribit
item in epistola ad pythoclem. Omnem autem disciplinam o for
tunate fuge. Epictetus quoque ut lasciuius loquentem su
gillat. maximisque probris lacerat & maledictis incessit.
Timocrates item in his que inscribuntur delectatia metro
dori frater ipsius quoque discipulus. eius relicta schola bis illum
diebus singulis uomere solitum. ex nimiis delitiis re
fert. seque ipsum narrat. uix effugere potuisse nocturnam
illam philosophiam mysticumque institutum. Epicurum quoque
multa in oratione peccare. atque multa longe plura corpo
reque adeo miserabiliter affectum: ut complures annos
consurgere e sella nequiuerit. minamque quotidie in cibos
consumere. ut ipse in epistola ad leontium scribit: atque in eis
quas ad mitilenenses philosophos scripsit: congredique sibi ac me
trodoro & scorta alia: marmarium: id eam & erotum &
nicidium. In tris quoque uoluminibus quae de natura scrip
sit: triginta septem numero: complura huiusmodi inse
rere: contrariaque in ipsis ac caeteris libris nausiphani plu
rima scribere: ita fere aduerbum dicens. Sed abeat. ha
buit enim ille merentis oris gloriam sophisticam. queadmodum
modum & alii complures ex mancipiorum numero. Ipsumque
epicurum in epistolis ista de nausiphane dicere. Adduxit
illum hoc in eiusmodi excessum uti ne maledictis im
petteretur magistrumque inuocaret: pulmonem quoque ipsum
ac deceptorem & scortum ac sine litteris uocabat. Pla
tonis item sectatores dionysii assentatores. platonemque

ipm aureum & aristotelem prodigum: q paterna sb
stantia consumpta: militasse & uenena uendidisse
appellabat. Baiulum protagoram & librarium demo
critum: qui in commessationib9 uixisse lras q: docuis
se. heraclitum q: ΚΥΚΗΤΗΝ. democritum inmutata p̄
ma littera. lerocritum & antidorum: sannidorum cizy
cenos q: inimicos graeciae & dialecticos nimium inui
dos. pyrrhonem quoq: rusticum & imperitum appel
labat. Sed hi profecto insaniunt. Nanq: uiri huius
ad omes incredibilem gratitudine p multi testantur.
patria item quae statuis aereis illum honorauit: amicq;
tam multi ut eos ne urbes quidem integre capere suf
ficiant. socii quoq: omnes ac discipuli quos illius dog
matice sirenes occuparunt preter unu metrodorum
stratonicensem q ab illo se ad carneadem contulit cui
forte grauis erat uiri ineffabil & immensa bonitas il
liusq: scole uigil perpetuaq: successio quae caeteris fer
me omnib: deficientib: sola psistit ppetuis uicib9 di
scipul illius inuicem succedentib9 summa praeterea i
parentes pietas atq: praecipua in fratres beneficentia
mansuetudoq: in seruos. sic & ex eius testamentis li
quet. et quod saec illi una philosophati sunt. ex qbs
tamen clarissimus fuit is quem prediximus mus. exi
miaq: eius in omnes humanitas. Nam q d cultu ad
dos & de amicitia ad priam dicam: qua constantissie
usq: ad finem tenuit. Quippe p summa modestia nuq
ad rem p. accedere uoluit. Et cum difficilima tempo
ra tunc graeciam premerent semp ibi pseuerauit. bis
aut ter solummodo ad ionie loca profectus ad amicos
q ad illum undiq: numerosissimi conueniebant. secuq:
in horto uiuebant: ut ait & appollodorus: que octo
ginta minas compararat. Porro diocles in tertio incur
sionis libro: illos ait uilissimis ac simplicissimis cib
uitam egisse. Parcissimo enim inqt uini poculo contenti
erant. omnisq: aqua illis ad potum cedebat. Nolebat
autem Epicurus sectatores suos in commune sbas d
ponere: ueluti pythagoras q coia amicoru omnia di
cebat. Id quippe infidorum ee nō amicoru dicens. Ipe
quoq: in eplis aqua tantum & cibario pane se contentu ee

testatur. & mitte inquit mihi casei cythridii paulu
lum: ut cum epulari pretiosius uoluero possim hu
modi illius uita fuit: qui uoluptatem finem esse asserit.
E um athenaeus suo laudauit epigramate. Scimus id
manifestius insequentibus & ex dogmatibus & ex uerbis
eius. Maxime uero auctore diocle ex antiquis amplec
tebatur anaxagoram. & si in quibusdam illi contradi
xerit archelaum quoque socratis magistrum. Exerce
batque inquit discipulos: ut & memoriter illius tene
rent libros hunc apollodorus in chronicis nauxipha
nem & praxiphanem audisse tradit. Verum hoc
ille de se non dixit. Extat eius ad euridicum epistola.
S ed neque leucippum aliquem philosophum fuisse ait.
neque ipse neque hermachus. quem democriti fuisse pre
ceptorem: cum alii tradunt: tum & apollodorus epi
cureus. Caeterum demetrius magnesius xenocratis quoque au
ditorem fuisse asserit. Vtitur autem in rebus uocabulis
propriis. quae quoniam simplicissima sunt: Aristo
phanes grammaticus culpat. Adeo autem aptus dic
tione fuit: ut in libro de oratoria nihil aliud quam per
spicuitatem orationis inquirendum ac persequendum
moneat. Atque in epistolis ubi coeteri scribebant χαίρειν.
ipse ponebat ευπράττειν. honeste uiuere preclarum est.
A lii tradunt in uita epicuri normam illum scripsisse:
de nausiphanis tripode cuius fuisse auditorem tradunt:
pamphilique platonici apud samum philosophari coe
pisse duodecimum agentem aetatis annum scholamque
tenere trigesimo secundo aetatis anno. Nascitur autem
inquit apollodorus in chronicis centesimae nonae oly
piadis anno tertio sub sosigene principe mense game
lione .vii. mensis. septem annis post platonis obitum.
C um uero triginta duorum esset annorum. primum
mytilene & lampsaci scholam constituit annis quinque
demum inde athenas migrauit ubi diem obiit anno
secundo cxxvii. olimpiadis sub pytharato, cum septua
ginta & duos uitae implesset annos. Successit illi in
schole regimine hermachus agemarchi filius mitelenaeus.
O bisse calculo urinae exitum impediente. hermachus in
epistolis ait. morbo quatuordecim fatigatum diebus. Quo &

tempore tradit hermippus descendisse illum in pelvim ae-
reum: aquis calentibus plenum. petisseque sibi merum
ad sorbendum dari. atque monentem amicos meminisse
dogmatum inter verba defecisse. hec viri vita. hic finis
fuit. Testamentum quoque ipsius huiusmodi legimus.

Mea omnia amynomacho philocratis filio bathithedo
timocratique demetrii filio potamio. secundum eam que
in metroo scripta est. utrique factam donationem ea conditio-
ne ut hortum quidem & que in illo sunt hermarcho
agemarchi filio mytileneo assignent. eisque qui cum illo
una philosophantur & quibuscumque philosophiae successoribus il-
lum reliquerit hermachus ut in eo philosophiae dare operam pos-
sint. Utque semper hi qui a nostro nomine philosophi appellan-
tur perdurent amynomacho & timocrati eam que in hor-
to est scholam depositam iure commendo: ipsorumque posteris.

Cavebunt autem ipsi. mandabuntque heredibus. hortum illum
servent. quemadmodum & ipsi tradantque philosophantibus ex
nostro nomine. Porro domum quae est in melite dabunt
amynomachus & timocrates hermacho inhabitandam
unaque his qui secum philosophantur: quamdiu hermachus vixerit.

Ex earum autem rerum redditibus quae a nobis legate sunt
amynomacho & timocrati quantum possibile est cum her-
macho curent: ut natalis dies parentibus & fratribus ac nobis
quotannis solemniter agatur intra diem decimam ga-
meleonis: ut etiam in conventu solemni eorum qui philosophan-
tur cuiusque mensis vigesima die polyenique metagitnio-
ne sicuti & nos facimus. Curae autem sit amynoma-
cho & timocrati metrodori filium epicurum filiumque
polyeni educare: dum philosophantur & cum hermacho degunt.

Similiter & metrodori filiae curam habeant. & cum ad eta-
tem pervenerit: tradant eam viro quemcumque elegerit her-
machus ex his qui secum philosophantur. sitque illa obtem-
perans & pareat hermacho. Dent autem amynomachus
& timocrates ex redditibus nostris in cibum his annis sin-
gulis quodcumque fieri posse videtur: id cum hermaco de-
liberantibus. Faciant item secum redditunm dominum
hermachus ut ex eius consilio qui nobiscum consenuit in phi-
losophia princeps quique relictus est schole nostrae fiant singu-
la. Dotem vero puellae cum ad annos nubiles venerit:

dari curabunt amynomachus & timocrates ex nostra sententia quantum eis satis esse uidebitur: deducto cum hermacho consilio. Curam item habeant memoris quemadmodum & nos hactenus: ut qui nobiscum probati sunt: atque res suas in commune usum contulerunt: omnemque alacritatem ostendentes. nobiscum in philosophiae studiis consenuerunt pro uiribus & modo facultatum nostrarum nullius rerum quae ad uictum necessaria est: egentes sint. Libros autem omnes nostros hermacho tradant. Quod siquid humanum hermacho contigerit: priusquam metrodori liberi ad aetatem peruenerint: curae sit amynomacho & timocrati: ut liberaliter illi educentur: accipiantque ex facultatibus nostris quaeque illis erunt necessaria. curamque ceterarum rerum ut a nobis institutum est agant: ut singula pro uiribus fiant. Ex seruis autem liberos dimitto: murem: niciam: & liconem: phedram item dimitto liberam. Iam uero moriens scribit ad idomeneum epistolam huiusmodi. Cum ageremus uitae beatum & eundem supremum diem: scribebamus hec. Tanti autem morbi aderant uesice & uiscerum: ut nihil ad eorum magnitudinem possit accedere. Compensabatur tamen contra his omnibus animi laetitia: quam capiebam memoria rationum inuentorumque nostrorum. Sed tu ut dignum est tua erga me & erga philosophiam uoluntate ab adulescentulo suscepta: fac ut metrodori tueare liberos. Hec illius extrema dispositio fuit. Fuerunt autem illi discipuli plurimi egregii & sapientissimi. Metrodorus atheniensis timocrates & sandes lampsacenus qui ex quo agnouit uirum: ab eo nunquam discessit: nisi tantum sex menses. quibus domum profectus denuo ad illum reuersus est. Fuit autem uir per omnia bonus quemadmodum & epicurus in praecipuis scribit. Attestatur autem in tertio & timocrati. huiusmodi autem cum esset: sororem & batidem idomeneo tradidit uxorem. Leontiamque atticam meretricem assumens pelicem habuit. Erat autem intrepidus aduersus turbationes omnis atque mortem sicut epicurus in primo metrodoro tradit. Aiunt illum septem annis ante epicurum obiisse diem quinquagesimum & tertium aetatis agentem annum. Et ipse autem epicurus in testamentis ipsius ut uita functi filiorum curam haberi mandat. habuit autem & praedictum

familiarem metrodori fratrem timocratem. Porro
metrodorus hos scripsit libros. Ad medicos. iii. Ad ti-
mocratem de sensu. De magnificentia. De infirmitate
epicuri. Aduersus dialecticos. Aduersus sophistas. viiii.
D einnere ad sapientiam. De mutatione. De diuitiis. Ad
uersus democritum. De nobilitate. Fuit & polyænus
athenodori filius lampsacenus modestus & amabilis
ut philodemus ait. Successor item eius hermachus a-
gemarchi filius mitylenensis uir insignis. patre quidē
paupere principio operam dedit. Feruntur & huius
pulcherrima ista monumenta. De empedocle. xxii. De
discipulis aduersus platonem. Aduersus aristotelem.
M oritur autem apud lysiam uir sane ut diximus illu-
stris. Leonteus itidem lampsacenus eiusq: coniunx the-
mista. ad quam etiam scribit epicurus. Colotes quoq:
& idomeneus & ipi lampsaceni. Atq: isti quidem
nobiliores ex epicuri ludo fuere adiecto & polystra-
to successore hermachi cui successit dionysius. cui
basilides appollodorus quoq: qui cepo tirannus dic-
tus ē. clarus fuit. qui ultra quadraginta uolumina
conscripsit. Duo quoq: alexandrini ptolomei melas
atq: leucas. Zeno quoq: sidonius apollodori audi-
tor: qui infinita scripsit. Demetrius & cognomēto
lacon diogenesq: tarsensis. qui lectas conscripsit scho-
las. orion item & alii quos hi qui germani epicurii
sunt sophistas appellant. Erant autem & alij epy-
curei tres leontey filius & themistus alter magne-
sius. Quartus aplomachus. Scripsit autem epi-
curus infinita uolumina adeo ut librorum mul-
titudine cunctos superarit. Nā cylindri quidem ad
trecentos sunt in quib; nullum extrinsecus quesitum
testimonium ē. solisq: referti sunt epicuri sententiis.
E mulatus ē illum. Crisipp' in scribendo multa sicuti car-
neades etiam refert parasitum illum librorum dicēs.
Nam siquid epicurus scriberet tantundem scribere. &
crysippus contendebat: atq: iō saepius eadem scripsit.
V nde & ex tempore scribere ac parum emendare illi ex
festinatione contingebat tot testimonia inserit: ut
eis solis libri pleni esse uideantur: quemadmodū &

apud zenonem & apd aristotelem inuenire inpropt tu e. Tam multa & tam praeclara sunt epicuri uolu mina ex quib; ista uel optima sunt. De natura. xxxvii.
D e athomis & uacuo. De amore. Epitome eorum que aduersus physicos scripta sunt. Aduersus megareses du bitationes. rare opiniones. De septis. de plantis. De fine
D e iudicio siue regula. Cheredemus. De diis. De sanctita te. hegesianax. De uitis iiii. De iusto ope. Neocles. Ad themistam symposium. Eurilocus ad metrodorum. De uidendo. De angulo atomi. De tactu. De fato. De ptur bationib; opiniones. Ad timocratem pronosticon. Exhor tatorius. De imaginib;. De phantasia. Aristobulus de musica. De iustitia & uirtutib; aliis. De donis & gratia
P olymedes. Timocrates. iii. Metrodorus. v. Antidotus. ii. De austris opiniones. Ad mithrem callistolas. De regno. Anaximenes. Epistole. Unam autem ipsarum in ipsis co nabor exponere tribus eius ad positis eplis in quib; oem phiam suam breuiter colligit. Ponemus autem & κυριας δοξας ratas scilicet opiniones. & siquid uisum e eloque lectione dignum: ut omni ex pte cuiusmodi uir fuerit addiscas. si tamen ego ad hec iudicanda ido neus sim primam igitur eplam scribit ad herodotum quae de coelestibus corporib; e. Secundam ad pythoclem
T ertiam ad meniceum. Continet autem ipa de uitis. Or diendum autem uidetur a prima cum prius pauca di xerimus de diuisione phie iuxta ipm. Tris igit in par tes & ipe phiam diuisit canonicam scilicet phisicam: & ethicam. Canonica igitur illa uel regularis accessus habet ad opus. Agitur de illa in libro qui inscribitur ca non. Porro phisica nature totam speculationem cotinet de qua in libris naturalium triginta septem. Atq; in e pistolis per elementa disseritur. Ethica uero de electio ne & fuga disserit: quae in uoluminib; de uitis & eplis ac libro de fine tractatur. Consueuerut autem canoni cam naturali contingere: appellantq; illam de iudicio & principio siue de introductione. Naturalem uero de generatione & corruptione & de natura. Caeterum mo ralem de hisque eligi uel uitari debent & de uitis & de fine dicunt. Enimuero dialecticam ut demos agentes

improbamq; repudiant. Posse enim physicos abunde
simplicib; & proprijs rerum uocabul agere. Ait igitur epi
curus in canone: sensus iuditia ee ueritatis & anticipatioes
atq; passiones. Epicurei praeterea phantasticos intuitus me
tis adiciunt. Dicit autem & in ea quam ad herodotum
scripsit epitome. atq; in ratis illis opinionib; Omnis eni
inquit saensus irrationabil est. nulliusq; memoriae ca
pax. Neq; enim ab ipa mouetur: neq; ab altero mota im
potens e aliquid adicere siue auferre: nec e quod ipos pos
sit arguere. Nam neq; similis sensus similem potest. q
par sit utriusq; uis. neq; dissimilis dissimilem: q no earu
dem rerum iudices sint: Ne ratio quidem. Namq; omis
ratio a saensib; ducta e. neque aliter alterum. Omnibus
enim intendimus eoq; asseritur sensuum ueritas. q que
saensu iugent ea sbsistunt. Porro & uidere nos & audire
no secus ac dolere sbsistit. Quocirca & de incertis oport&
ab his que apparent signa colligere. Namq; & cognitioes
omnes a sensib; manant. secundum incidentiam &
proportionem / coopante aliquid & ratione ipa. Insano
rumq; uisa & in somnis uera saepe sunt. Mouent enim.
no autem mou& quod no est. Caeterum dicunt uelu
ti comprehensionem siue opinione ratam siue cogitatio
nem: siue uniuersalem intelligentiam insitam. idest me
moriam eius rei quae saepe extrinsecus apparuit. Puta ei
modi homo e simul enim atq; homo nominat. conti
nuo participationem forma & illius intelligit praeceden
tib; ac ducib; saensib;. Prorsus igitur q prius omnibus
nominib; ordinatum e: manifestum est. Neq; enim
profecto quereremus q inquirimus: nisi pus illud nouis
semus. Verbi gratia. q longe e: equus ne an bos est. Opor
t& enim antea participatione agnouisse bouis & equi
formam. Ne aliquid nominaremus nisi prius partici
pationem illius forma p oculos animo ipraessa ess&. Eui
dentes sunt igitur anticipationes: & q que opinabile e. a po
re certo aliquo pend&: ad q illud referimus q opinam.
P
uta unde nouimus an istud sit homo. Sed enim opinione
siue opinationem: & ueram ee & falsam dicunt. Nam
siquidem testimonio pro illo siue contra illam agendu
sit falsam ee. Vnde etiam προσμενον. idest psueris in
·uectum est.

ex similitudine & compositione

uectum ē & prope turrem accedere & discere quāt ꝑpe
uideatur. Perturbationes autem ēē dicunt uoluptatem
& dolorem quę in omne animal cadant. Ex his alteram
propriam: alteram alienam ēē. per quę eas iudicari elec
tiones & euitationes. Questionum quoq: alias ēē de re
bus. alias circa simplicem uersari uocem. Atq: ista de di
uisione ac iuditio summatim dicta sunt. Redeundu;
iam ad epistolam. Epicurus herodoto Sal. His que ne
queunt o herodote singula quae a nobis de natura scrip
ta sunt ad purum intelligere neque maiores de his reb;
æditos libros ꝑscrutari: compendium totius opis feci quē
satis ēē putaui ut integerrimarum opinionum memo
riam facile tenerent quo p singula tempora in his que
maxime sunt rata. illis opem ferre possint. inquātu; atti
puerint naturę speculationem. Quin eos etiam qui iam
in contemplatione omnium formam: & ueluti fundamēta
totius opis receperunt. huiusce compendio adiutum ire spe
ro ad facile reminiscendum. Nam fundamentis rei crebro
indigemus. membris nō ita. Pergendum igitur & ad illa
est. faciendusq: ex iugi memorię exercitatione habitus ex
quo & ratus maxime ualidusq: ad res intuitus nobis ob
ueniat. omnisq: particularium rerum diligens notio re
pietur cum formę plenissime animo uersantur memoriaq:
tenentur. Nam ea summa totius diligentiæ is q: effectus
est huiusce intuitu uti caeleriter posse & ad simplicia ele
menta atq: conclusionum uoces. Neq: enim fas ē conden
sationem ꝑpetuæ rerum circuitionis esse nisi possit pau
cis uocib; totum in se ipo complecti illud qd̄ etiam ꝑ par
tes diligenter explicatum fuerit. Vnde cū omnib; utile
sit. qui sint illi familiarius dediti naturę ratio hui'
mōi uiæ continuam fieri moneo in physiologia: ea quā
maxime tranquillitatem afferat uitę & eiusce compen
dium ac ueluti summam opinionum omniū tenere me
moriter. Primum igit' o herodote quae subiecta sunt uo
cib; oportet comprehendere: ut ea quae opinamur. siue
quaerimus: siue de quibus ambigimus ad ea referentes:
diiudicare possimus. Ac ne indiscreta sint omnia nobis
in infinitum demonstrantib;: siue inanes uoces habeam'.
N ecesse ē enim primam notionem ꝑ unamquāq; dispici

uocem nihilque probatione indigere: siquidem habebimus quesitum uel dubitatum uel opinatum ad quod referamus. siue secundum sensus obseruare omnia oportet ac simpliciter praesentes intuitus siue mentis siue cuiliblet iudiciorum. Eadem uero ratione etiam perturbationes quae adsunt ut perseuerans illud et incertum habeamus quibus notare possimus. hec autem ubi perspeximus: de incertis iam conspicari opus est. Primum quidem quod nihil fit ex eo quod non est. Omnia enim ex hominibus fierent seminibus nihil indigentia. Sed et siquod defluit interiret ne id quod non est: omnia iamdudum interissent. cum ea non essent in que dissoluerentur. Atque et omne semper huiusmodi fuit quale nunc est semperque tale erit. nihil enim est in quod mutari possit. Nam preter omne nihil est. quod in id ingressus mutationem operetur. Enimuero istud quoque et in maiore compendio statim a principio dixit. In primo item de natura. Omne istud corpus est. Namque ista ut sese habeant: sensus testatur in omnibus. secundumque necesse est incaertum cogitationum coniectare quemadmodum antea dixi. nisi esset quod inane et locum et que tangi non potest. naturam nominamus: nequaquam haberent ubi nam essent corpora. neque per quod mouerentur. que profecto moueri perspicuum est. At preter ista. nihilque cogitatione comprehendi potest. neque per modum comprehensionis: neque secundum comprehensibilium proportionem. quippe que per omnes naturas accipiuntur. neque ueluti horum euentus accidentia ue dicuntur. Eadem ferme et in primo de natura et in xiiii. et in xv. atque in maiore compendio. Corporum alia quidem sunt concretiones: alia uero ex quibus concretiones facte sunt. At ista indiuidua sunt et immutabilia. nisi omnia in id quod non est interitura sunt. Caeterum in dissolutione concretionum plena permanere substinere ualent. cum non habeant quorsum aut quo pacto solui possint. Itaque principia necesse est indiuiduas esse corporum naturas. Preterea et omne istud infinitum est. Nam quod finitum est extraemum habet. Extremum autem preter aliud quiddam inspicitur. Itaque

qđ extraemum non habet nec finem quidē. Qđ au-
tem finem non habet infinitum sit necesse ē non fi-
nitum. Atqui & multitudine corporū & uacui ma-
gnitudine omne istud infinitum ē. Siue enim eēt in-
finitum uacuum & corpora finita: nusq̄ manerent
corpora: sed ferrentur ꝑ infinitum inane dispersa cū
non haberent que se figerent: atq; cohiberent. siue ua-
cuum finitum esset non hr̄ent infinita corpora ubi
nam sb̄sisterent. Ad hec uero induidua corporum ac
plena ex quib; & concretiones fiunt. & in que dissol-
uuntur. incomprehensibilia sunt figurarum differen-
tiis. Neque enim possibile ē ex eisdem figuris compre-
hensis tot factas eē differentias. Ac ꝑ unam quamque
figurationem simpliciter infinite sunt similes. Porro
differentiis nō simpliciter infinite sed tantumō incom-
prehensibiles sunt. Neque enim ait interius ī infinita
sectionem eē. Dicit autem quandoquidē qualitates in-
mutantur siquis eas non etiam magnitudinib; simpli-
citer in immensum emissurus sit. mouenturq; iugiter
athomi. Ait autem interius & equa celeritate motus
illos agitari uacuo similem motum exhibente ꝑpetuo
& leuissime atq; grauissime. Atq; ille quidem longe a se
inuicem distantes. alii uero agitationē ipam continent
cum fuerint complexione inclinate: siue ipis complexio-
nib; sb̄stentate fuerint. Quippe uacui natura quae illos sin-
gulos diuidit hoc efficit quandoquidē firmitatem siue
affixionem facere ipa non potest. Solidumq; q̄ illis ī est
ꝑ collisionem agitationē facit: in quantum cōplexio illa ex
collisione restitutionē dat. Horum autem initiū non est.
cum athomi & inane cause sint. Ait autem intrinsecus
neque ullam circa athomos in eē qualitatē preter figuram
& magnitudinem & grauitatē. Inmutari autem colorem cir-
ca positionem athomorum in duodecim institutionib; ait
omnemq; magnitudinē circa illas nō eē. Deniq; nunq̄ atho-
mus sensu uisus ē. hec autem uox cū ista omnia memoran-
tur: figuram idoneam ammittit intentionib' seu cōprehensio-
nib; nature rerum. Mundi autem infiniti sunt. quiq; huic
similes & qui dissimiles sunt. Athomi nanq; cū infiniti sint
ut mō demonstratum ē etiam longissime ferunt. Neq; eni;

consumuntur eiusce athomi: ex quib; fiat mundus: siue a
quib; effectus sit. neque unum neq; infinitos: neq; insi-
milibus: neq; indifferentib; . Nihil igitur ē qd huiusmoi
mundorum infinitatem impediat. Imo & formę simili-
um figurarum solidis tenuitatib; longe ab apparentibus
distant. Neque enim eiusce recessiones in aere fieri non
possint. neq; aptitudines p efficientiā concauorę atq; tenuiū.
neq; uapores consequentem positionem atq; incessum ob
seruantes. eam scilicet q̄ in solidiorib; habebant. has aūt
formas speties siue imagines uocamus. Motus item qui
p uacuum fit nullo contrā incidentium occursu fit om-
nem longitudinem compræhensibilem incomprehensibi
li consumat tempore. Quippe tarditatis ac celeritatis in-
cisio aduersa nec aduersa similitudine accipit. neq; tamē
simul secundum tempora quæ p rationem speculamur.
iuxta id quod agitur corpus ad loca plura penetrat. Et
hoc enim cogitari nō pōt: ut sensibili in tempore simul
adueniat undecumq; infiniti nō ex quocumq; cōplec-
tamur loco: recedens erit. Simile enim contrarię illi in
cisioni erit & si tamdiu celeritatem motus nō interseca
dum relinquamus. Perutile ē autem & hoc tenere ele-
mentum. Deinde quoniam simulachra tenuitatib; sum-
mis utuntur nihil ex apparentib; contra testatur. Quo
circa & celeritates hn̄t insupabiles meatum omnem mo
dicum habentia: uti nequid illorum infinitatē interse-
cet. plurimas autem & infinitas continuo aliquid re
fringat. Ad hec quoniam imaginum generatio simul
atq; cogitatur contingit. Namq; fluxus a corporib; eius
qui sit in multa angustia notationi pspicuus non ē: ob
contraria replectionem seruans diutius solidi positione
ordinemq; athomorum. & si aliquando confunditur
celeresq; in aere conuentus sunt q̄ minime oporteat al-
tius replectionem recedere. Sunt autem & alii modi a
quib; naturę huiusmoi gignantur. Nihil enim horum
contra sensus attestatur si respicit aliquid quodammodo
actiones. ut ab exteriorib; ad nos conuenientiā referat.

E t illud autem existimandum ē: cum aliquid extrinsecus
sbrepit formas nos intueri: atq; cogitare. Neq; .n. pro
fecto resignarent. quę exteriora sunt nām suam coloris

salicet ac forme per aerem qui intermedius ē neq: per radios
aut qualescumq: fluxus qui a nobis a reb; ipis ad nos pe
netrantib; : quae a colorib; formeq: similitudine non
differant . iuxta modum congrue magnitudinis in acie
aut mentem caeleri utentib; motu . Deinde hac ex cau
sa eo quod unum ac ppetuum ē phantasiam cōsensio
nemq: reddente a seruante subiecto secundum eam q
inde proficiscatur equalem in altiorib; affixionem . In
solido fixionis athomorum : & quam animo siue sen
sibus phantasiam intuentem acceperimus seu forme
seu accedentium . Forma hec ē solidi que fit iuxta subse
quentem densitatem siue ex imaginum cōprehensiōe .
P orro in eo q̄ opinamur mendatium semp ac falsum
asseri siue non refelli potest . Si in uō immus asseratur
p immobilem nob ipis connexum imaginalem intui
tum pceptione praeditum : p quam mēdatium fit . Q Ri
pe similitudo uisorum que ueluti in imagine accipi
untur siue illa in somnis fiant : siue p alios intuitus mē
tis aut iuditiorum reliquorum : nequaq̄ in his eēt q q;
sunt & uera appellantur nisi eēnt aliquā & hec ad que
iaculamur intuitum falsum uero nō eēt nisi accepisse
mus & alium aliquem motum in nobis ipis coniunc
tum quidem certum pceptione praeditum . Secundū
hūc autem coniunctum phantastico iactui pceptioneq:
habentem . siquidem nō asserat aut nō refellatur uer
E t hec igitur operepretium ē : ut opinio fortiter teneat : ut
neq: iudicia tollantur actionum : neq: falsum dum eq
firmatur cuncta perturbet . Atqui & auditus fit . dum
flatus aliquis fertur : siue a uocante : siue a sonante :
siue astrepente aut quomodolibet audiendi passionē
inferente . Porro fluxus hic inequalium partium tu
mores una diffunditur quasdam ad inuicē seruans con
sensiones atq: unitatem propriam ad id q̄ emisit . atq:
ad sensum pertingentem qui in illo ut plurimū facit . sin
minus uel quo extrinsecus ē tantum manifestat . Nam
absq: consensione aliqua inde adueniente nunq̄ profec
to fieret huiusmodi sensus . Non igitur existimandum
aerem ipm a procedente uoce formari : siue ab his que nō
dissimilis generis sunt . Multum enim ei de esset : si hoc

ad illa manarit : ita uelut formis quibusdam nobis

siue refellatur fieri ut mendatium fit . Si aut asseratur

ab illa pateretur: sed eum ictum qui fit in nobis sint
ac uocem emiserimus huiusmodi facere ex quibusdam
tumoribus qui uentosum efficiant fluxum. Deinde no
bis audiendi passionem insinuent. hoc ipsum & de o
doratu item sentiendum quod de auditu diximus. nunquam
scilicet ulla efficere passionem posse. nisi sint tumores
quidam qui a re ipsa ad hunc mouendum sensum de
bita mensura ferantur: dum partim quidem perturba
ti atque alieni sunt. partim uero quieti & conuenientes.
Nempe enim & athomos existimandum est. nullam quali
tatem eorum que uidentur admittere preter figuram &
grauitatem & magnitudinem & quecumque necessario figu
ram contingunt. Quippe qualitas omnis immutatur
athomi uero nihil mutantur. Oportet in dissolutionibus
concretionum aliquid solidum atque insolubile sub
sistere. quod mutationes in id quod non est non faciat.
neque ex eo quod non est sed secundum transmutationes in plu
rimis: quorundam uero & accessus ac recessus. Quo
circa necesse est quae transmutantur incorruptibilia sint.
& ab eius quod mutatur natura prorsus aliena. uerum
tumores habere ac formationes suas hoc enim et subsi
stere necessarium est. Nam in his que apud nos trans
formantur secundum ablationem figura accipitur insita.
Enimuero qualitates cum in eo quod mutatur insite non
sint non secus atque illud relinquuntur. ex corpore to
to pereuntes. Sufficiunt igitur ista quae relinquuntur
efficere concretionum differentias. Quippe aliqua ne
cesse est relinquantur. atque in id quod non est defluant.
Ne omnem quidem in athomis magnitudinem esse
putandum est. neque apparent reluctentur. Ceterum mu
tationes quasdam esse magnitudinum existimandum
praestat id quippe. Hoc autem si adsit & que secun
dum passiones: & quae secundum sensus fiunt red
dentur. Omnis autem subsistens magnitudo neque utilis
est ad qualitatum differentias. non & ad nos ueniunt ui
sibiles athomi quod cum fit minime cernitur: neque
quo pacto fiat uisibilis athomus: agnoscere possumus.
Ad hec putandum non est in corpore finito tumores in
finitos esse. neque qualescumque. Itaque non modo in sectiones

que in infinitum fit: ad id q̃ minus ē tollere oportet ne
omnia infirma faciamus cogamur q: complexionibus
repentinorum eaque sunt in id q̃ non ē. terendo con-
sumere: uerum nē transmutationem quidem in his que
finita sunt in infinitum neq: in minus fieri existima-
dum. Neque enim ubi semel quispiam dixerit tumo-
res impletisq: infinitos ēē. quales & sint intelligere pōt.
praeterea ne id quidem quō finita sit ista magnitudo.
Q ualis enim sunt constat. Nam siquidem tumores illi
infiniti sunt. & hi ex quib; qualescumq: hi fuerint ī
finita profecto ēēt magnitudo. extraemitateq: finitam
habentes perceptibilem nisi & pse ipm inspiciendum
nō ē. ne & quod hoc deinceps sequitur huiusmōi intel
ligamus. Atque ita p consaequēs in anteriora tendendo
in infinitum contingat cogitatione procedere. minimū
q: illud quod in sensu ē considerandum ē. ut neq:
sit huiusmodi. cuius id q̃ hr̃ transmutatione: neq: in
omnino dissimile. sed habeat commune cū transmu-
tantib; aliquid caeterum pceptione partium careat. ali-
asq: pp communis illius similitudinem aliquid ipsius
nos pcepisse arbitremur partim ad hec: ptim ad illa: e
qualitatem nobis oportet occurrere: ex qua ista cōspici
mus a primo incohantes. nō in eodem. neq: in ptib; par-
tium: sed in proprietate sua metiendo magnitudies.
que maiores sunt magis & que minores minus hac
proportione arbitrandum & quod in athomo mini-
mum ē uti. Constat enim differre illud putare ab
eo q̃ secundum sensus aspicitur: eadem uō proportioē
uti. Nanque & quam magnitudinē habeat athomus
secundum hac proportionem praedicauimus modice so-
lam excludendo longitudinem. Praeterea minimos
atq: immixtos fines ēē putandum ē. longitudinū di-
mensionem: ex ipis primis maioribus/parando: romis spe- ar minorib;
culatione in his quae sunt inuisibilia. Nam cōe illud
q̃ eis ē adimmutabilia suffic. q̃ hactenus ē pficere. Col-
lationem autem ex his quae motum hn̄t: fieri possibi
le nō est. Nempe & infiniti q̃ suppraemū aut infi-
mum sit. praedicandum nō est supra ut infra ēē. Nam
qd̃ supra caput sit undecumq: stemus ducere ī infinitū.

numquam nobis istuc uisum iri. Ita et quod infra id quod intellec-
tum aequa ratione euadere in infinitum: supra esse atque
infra iuxta iddem hoc enim intelligi possibile non est.
Itaque licet unam accipere superiorem intelligibilem loci
mutationem in infinitum unamque inferiorem. et si-
milies ad superiorum pedes id quod a nobis fertur ad ea quae
super caput nostrum sunt loca pertingat aut ad inferiorum
caput: quod a nobis fertur inferius. Namque motus uni-
uersus: nihilominus uterque utrique oppositus in infinitum
intelligitur. Verum enim et aequa caelerutate athomos
esse necesse est. cum per inane inuehuntur nullo reluctante.
Neque enim grauia paruis ac leuibus caelerius ferri quidem non licet
occurrit eis. Neque parua itidem magnis cum motum
omnia habent commensum ubi ne illis quidem aliquid ob-
luctatur: neque superius neque obliquius per collisiones motus
neque inferior per propria pondera. In quantum enim utrique
continet: in tantum una intelligendo habebit motum
quoad aut extrinsaecus aut ex pondere proprio reluctetur
aduersus ferientis uim. Sed enim et per concretiones altera
caelerius quam altera dicetur. quamuis athomorum aequa caeleritas
sit atque in unum ferantur locum athomique in conuenien-
tibus sunt et contra minima perpetuo tempore nisi in unum
saecundum tempora quae ratione caernuntur: sed fraequenter
obluctentur quamdiu subsensum motus assiduitas fiat. Quod
enim de inuisibili opinamur: quod scilicet tempora quae ra-
tione caernuntur perpetuum motum habitura sint in huius-
modi uerum non est. Nam omne quod caernitur: aut animo per
intuitum percipitur: uerum est. Post haec inspiciendum est ad
saensus passionesque referendo. Ita enim erit firmissima pro-
batio quid anima sit corpus tenuibus partibus per totam congrega-
tionem seminatum. caeterum spiritui simillimum caloris
quoddam temperamentum habenti atque huic alicubi simile. alicu-
bi illi. Est autem pars quae multam accepit immutationem
exilitate partium atque horum et ipsorum. Consaentit
autem huic magis ac reliquo caetui. At istud omne con-
stat uires esse animi et perturbationes agilitatesque motus
et cogitationes et caetera quibus priuati morimur. Enim uero
et id oportet tenere quod habeat anima sensus plurimam causam.
Non tamen istam accaepisset nisi a conuentu raeliquo ferme

roboraretur. Porro raeliquus ipe conuentus cum illi hanc
parauerit causam: & ipe sub inde huiusmodi casus ab illa
particeps fit. non tam omnium quae illa possidet. idcirco
discedente anima: saensu caret. Neque enim ipm in se
ipo possidebat hanc uim. sed alteri qd simul fuerat pa
rabat. quod p consummatam circa ipm uirtute secundu;
uertiginem sibi ipi continuo sensibilem incidentiam
pficiens: & illi p communem fluxum atq; consensum ut
dixi reddebat. Idcirco igitur & insita anima nunq alia
aliqua parte discedente priuatio sensuum fieret. sed cum il
la una perit & soluto eo quod continebat siue toto siue
etiam parte aliqua siquidem saensus acumine uigere p
sisteret. Porro conuentus raeliquus p manes & totus p
partes nō habet saensum illo abscedente quantalibet sit
quae intendat athomorum multitudo in anime nām.
V certum & soluto conuentu toto disseminatur anima: neq;
iam eadem uires habet neq; mouetur. Itaq; ne sensum
quidem habet. Neq; enim intelligi potest sentire aliquid
nisi in conuentu isto: atq; in his motibus utatur saensu. qn
ea quae roborant & quae continent. huiusmoi non sit
in quibus nunc existens tales motus habet. At quin &
hoc in aliis dicit & explenissimis athomis: atq; rotundis
simis illam ee compositam multum ab illis differentib;
que ignee sunt. pars tamen eius quae rone caret corporiq;
/ reliquo connexa ē. rationalem autem partem in thorace
sedem habere. ut ex metu & gaudio manifestum est.
somnumq; animae partium fieri. quae p omnem concre-
tionem disseminata sunt: aut continentur: aut euacu
antur. deinde poris incidunt. Semen praeterea ex oib;
corporib; ferri intelligendum ē. Dic. n. pplurimam
nominis familiaritatem in eo qd per se intelligere non intelligit̄ i̅ corporeū aut p se
possumus praeter uacuum. Porro uacuum neq; facere ali
quid neq; pati pot. sed motum tantum p se corporib;
praebet. Itaque qui incorpoream dicunt ee animam ua
ni sunt. Nihil enim aut facere posset: aut pati si eet
huiusmodi. At nūc euidenter hec utraq; in anima ee
casus manifestant. Has igitur de anima rones si quis
ad perturbationes saensusq; referens memoria teneat:
qui principio diximus satis intelliget ea que figuris

compraehensa sunt in id qd particulare e. ex his firmiter ac diligenter exposita. Verum enim & figure & colores & magnitudines & pondera & queq: alia de corpore praedicantur utq: p se ipsa tendant ad oia seu uisibilia eaq: p sensum cognita neque p se ipsa naturas ee opinandum. Non enim possibile e id scire: neque omnino ut n͞o sunt utq: neq: aliam quae pre existunt in corporis: neq: ut hui particule sed ut corpus totum quod uniuersaliter quidem hor omnium que sua sunt naturam sempiterna͞ habet: possibile n͞o est ee conlatum. Sicuti cum ex ipsis tumoribus maior constiterit conuentus siue porum siue uniuersi magnitudinum aliquo autem minorum sed ut dixi ex his omnibus solu͞ proprium hns naturam sua͞.

Atq: intuitus quidem proprios hn͞t. hec omnia & perceptiones. Caeterum consequente multitudine subita & nusq̄ scissionem admittente: sed iuxta subita͞ agnitionem corporis praedicamentu͞ percipiente. Quin imo & corporib; contingit saepe ut ea sequatur & qd sempiternum n͞o est neq: inuisibilib; neq: incorporeis. Itaq: secundum motum plurimum hoc noie utentes manifoeste colligimus casus: neq: uniuersi habere naturam quam assumentes secundum repentinum corpus appellamus: neq: item consequentium sempiternorum sine quib corpus cogitare n͞o possumus p intuitus autem quosdam subsequente repentino singula appellarentur. Ceterum quandocumq: contingentia singula inspiciuntur n͞o sempiternis casibus subsequentib;. Neque hec actio expellenda ex eo qd e quia naturam n͞o habet uniuersi qd contingit qd profecto etiam corpus appellamus: neq: item sempiternorum subsequentium: neq: rursus p se existimandu͞.

Neque enim hoc uel in his ut in sempiternis contingentibus intelligendum sed id qd & apparet casus omnes corpora existimandum & sin n͞o sempiternae subsequunt neq: p se rursus nature ordine habeant. Ceteru͞ quemadmodum sensus ipse proprietatem inspici faciunt:

Sed enim & hoc uehementer praeterea considerare opus e. Namq: tempus minime quaerendum e. sic & reliq

quae in subiecto querimus referentes ad eas quae apud
nos ipos inspiciuntur anticipationes sed ipam euiden
tiam p quam tempus aut multum aut modicum uo
camus. hoc familiari quadam propinquitate circum
ferentes reputandum: neq: locutiones q̄ meliores per
sequendum: sed his quae sunt admamus in ea reuten
dum. neque aliud aliquid p se ipm predicandum
quasi eandem quamq̄ proprietas hec sbstantiā habeat
quod faciunt quidam sed solum q̄ proprietatē connec
timus: hoc etiam sub mētimur maxime animaduer
tendum. Nam hoc demonstratione nō indiget: sed
animaduersione: quippe dieb; ac noctib; horumq: par
tib; connectimus. Similiter & ꝑturbationib; & tran
quillitate & motib: & statib; proprium aliquem ꝑ
terea casum. Rursus hoc ipm cogitantes secundum
q̄ tempus nominamus. Ait autem hoc & in secundo
de natura libro. & magna epitome atq: in his que pre
diximus. Mundos & omnem finitā concretionē simi
lem his quae inspiciuntur spetiem frequēter habentem
existimandum ē ex infinito horum omnium prodis
se ex conuersionib; discretis maiorib; atq: minorib;. rur
sumq: dissolui omnia. caelerius alia. alia tardius. cum
alia hoc ab his. alia ab illis patiantur. Constat igitur
& mundos illum dixisse interiri: cum ꝑtes mutentur
& in aliis terraq: aeri superuehatur. Preterea & mun
dos neq: ex necessitate arbitrari oportet unam h̄re fi
guram imo & differentes eos in duodecimo de mūdo
esse ait alios namq: sphere alios oui preferre spetiem:
aliosq: alios itidem formam nō tamē omnem formam
admittere: neq: animantes ēē ab infinito discretas. Neq:
enim probare quispiam ut in eo q̄ sit huiusmodi com
prehensa nō sint efficiencia semina. ex quib; & anima
lia & arbores & cetera que conspiciuntur cōstent. In
huiusmōi uero non potuisset: eadem autem ratione
& innutriri. Pari modo & de terra existimandum. Sed
& naturam q̄ opinandum ē plurima & uaria ex reb;
ipis edoctam fuisse atq: cohactam. Porro rōnem que
ab ea credita fuissent. ea postmodum diligentius ex
plicuisse: atq: adinuenisse preterea in quibusdam celerius

in aliis tardius. Et in quibusdam euolutionib; atq: te-
poribus ex infinito. in quibusdam uero secundum mi-
nores. Quocirca & nomina abinitio nō positione fac-
ta: sed ipā hominum ingenia p singulas proprias af-
fectas pturbationib; : ac propria pcipientes uisa: pro-
prie aerem emittere immissum a pturbationib' singul
ac uisis ut eēt quandoq; & gentium p loca differentia
Postmodum autem communiter p gentes singulas fuisse
imposita propria ut significationes minus ambigue
fierent adinuicem breuiusq: significarent. quasdam
insup res & que nō conspiciantur inferendo. ut eos qui
eēnt conscii monerent in sonos quosdam erumpere coac-
tos. illos uero ratione duce plurimis ex causis ita in
terpraetatos eē. Enimuero in meteoris motū & cōuersio
nem ac defectum: ortumq: & occasum & his similia neq:
ministerio cuiusq̄ facta existimandum ē. uerum illius
ordinatione & imperio q omnem simul beatitudinem
atq: imortalitatem habeat. Neq: enim beatitati cōue-
niunt negotia & curę & irę: aut gratiae sed infirmi-
tate & timore & opis proximoꝝ ista fiunt. Neq: rur-
sus cum igneis simul sint conuersus in se: quae beati-
tudinē possident secundum uoluntatē hos motus ac-
cipere: uerum omnem seruare decentiā p omnia no-
mina quae in huiusmoī feruntur notionib; : sineq;
contrariae honesto ex his opiniones fiant. Alioquin
maximam in animab; pturbationem huiusmoi con-
trarietates faciet. Quocirca & eas que abinitio st' hui'
moi conuersionum pceptiones in mundi generatione
oportet opinari. necessitatemq: hanc & ambitū pfi-
ci. Sed enim causam eorum quae sunt maxime ppa
diligenter exponere: phisiologiae opus eē putandum
ē. beatitudinemq: in scientia de caelestib; corporib; huc
cecidisse. & in eo q natur̄ quaedam sunt que inspec-
te secundum huiusmoi meteora: & queq: his propin-
qua sunt ad huius rei exactam diligentiam confert.
Preterea nō in huiusmoi multipliciter eē: ac se circa il-
la prouirib; & alias quomodolibet hr̄e: sed simpliciter
& incorruptibili ac beata natura eorūq: discretione:
suggerunt aut pturbationē ullam. & hoc mente com-

prehendere simpliciter ē esse. Porro qđ innotitiam cadit
de occasu & ortu de conuersione ac defectu & queq;
his similia sunt. nihil ad beatitudinem scientie cōferre.
sed similiter habere metus eos qui ista considerant. que
nam uero nature sint nesciunt & quenam cause ut
maxime rate. Et nisi ista nouisse fortasse plurimi cū
timor ex consideratione horum solutionē capere negat.
ad dispositionem eorum quae sunt maxime propria
Idcirco & plures inuenimus causas conuersionum &
occasus et ortus atq; defectus & huiusmoi talium. sic
& in his que particulatim fiunt. Aut existimandum
nō est horum usum diligentiam nō accepisse: quanta
possit ad tranquillitatē nr̄am beatitudinemq; conferre.
Itaque quasi ꝑtransitum inuenientes quot apud nos si
militudo fit. de ratione coelestium omniusq; incerti
differendum ē. eos aspernando qui nec id quidem sci
unt. quod uno modo se habet aut fit neq; q̄ multis
contingat modis: immaginationeq; exhibentes sibi red
dunt. Si ignorantq; preterea quenam sunt que ꝑturba
tionem non ingerant. Si tamen arbitramur id fieri
posse & in quibꝰ similiter ꝑturbatione uacamus ipsum
quod multis fit modis nō ignorantes quemadmodū
sicq; ita se habeat nouerimus ꝑturbatione carebimus.
Ad hec omnia illud omnino oportet intelligere. q̄ per
turbatio humanis animis ꝓprie omnimo fit: in eo q̄
hec & beata opinentur & incorruptibilia. & una cō
trarias his uoluntates habeant & actiones: & causas:
& in futura uita: dirum ēē aliq̄ secundum fabulas &
sperent & suspicentur. siue secundum hāc ꝑuatione
sacensus: que in morte ē metuant qi post mortem alq̄
pati & in eo q̄ non opinionibꝰ ista patiantur: uerum
ratione & commendatione quadam. Unde cū non dif
finiant malum equam siue & maiorē ꝑturbatiōem
cape: quam si hec opinarentur tantum. Porro huiusmōi
ꝑturbationis uacatio ē. his omnibꝰ euadere liberum
& absolutum ꝑpetuamq; omnium & eorumque sint
plane propria uersare memoriā. Quocirca omnibus
intendendum ē presentib; ac sensib; cōe quidem ra
tione communib; propria uero propriis ac ꝑnti omni

psingula iudicia euidentie. Si enim hisce intende-
rimus id unde perturbatio metusq: fiebat. exclude-
mus habita recta ratione. atq: soluemus de celesti-
bus ac reliquis semp incidunt queq: summe ter-
rent reliquos. causas afferemus. Ista tibi o hero-
dote de natura omnium summatim pstrinximus.
Quae tu si diligenter prouirib' tenere studueris: arbi-
tror & si non ad omnia p partes diligenter ex-
plicata sufficient incomparabilem tamen te ex
eis firmitatem atq: constantiam aduersus ceteros
homines pcepturum. Nam & ex te ipo promoue-
bis plurimum ad ea q quae in toto de natura
opere sunt dicta p partes exponenda. Atq: hec
ipa mandata memoriae ppetuo emolumento erit.
Sunt enim eiusmodi ut hi etiam qui iam particula-
ria satis aut etiam pfecte digesserunt ad huiusce
tamen intuitus plurimos haberent. plurimu iuua-
ri ex his possint in his que de tota natura disserunt.
Queque autem non poenitus cadunt in ea quae con-
finiuntur ex his aut secundum eu more qui cara
inuidia simulatq: intelligitur ambitus eorum que
sit in primis rata ad tranquillitate animi faciunt. Et
ista quidem de naturalib; ei epla. Sequitur de meteo-
ris alia. Epicurus pythocli sal. Reddidit mihi
cleon abste eplam in qua nos fouere atq: diligere p-
sistis dignc pro nro in te studio neq: ignauiter eam
meminisse niteris que ad beatam uitam ducunt ra-
tionum. Praecaris ut tibi de meteoris breuem mit-
tam facilemq: tractatum: quo facilius admonearis ea
quippe quae maius scripsimus difficillime teneri me-
moria: quamuis ea ut ais quis continue ferat. Nos
autem plubenter preces admisimus tuas. magnaq:
de te ac iocunda spe fruimur. Cum igitur cetera iam
absoluerimus omnia agimus quae postulasti pluri-
mis & aliys emolumento futura inuenta hec & his
maxime q rudes adhuc ueram nup nature ronem
degustauerunt. his item q alicuius disciplinaru libe-
ralium sunt grauioribus curis implicati. Ea igitur rite
pcipe mandataq: memorie iugiter uolue cum ceteris

que inbrevi epitome ad herodotum misimus Primu
igitur alium aliquem finem ex coelestium corporum
scientia siue p connexionem siue absolute dicantur.
putandum non est: quam pturbationis uacationem
ac probationem caertam sicuti & in reliqs. neq: quod
sit impossibile putum aggredi. neq: speculationem ha
bere p omnia similem. aut his libris quos deuitis scrip
simus. siue his quos de aliis naturalib; questionibus
puta q omne corpus impalpabil nature sit. siue qd
indiuisibilia elementa & huiusmoi omnia aut q que
unicam his quae uidentur concordiam hnt q inme
teoris non e. Verum ista quidem multiplicem hnt
generationis causam: substantiaeq: predicamentu: sen
sibus sonum. Neque enim saecdum proloquiorum
uanitatem legisq: sanctionem de natura disserendu;.
sed sicut ea quae uidentur hortantur. Non enim ia
uita nra aut stultitia aut gloriae uanitate op habe&
sed solum tranquille ac secure uiuere. Omnia qdem
in mobili ac stabili ratione fiunt p omnia ex his dum
taxat quae multiplici modo his que apparent cocor
diter incidunt cum qs q probabiliter de ipis dicat
& congruenter omiserit. Cum uero quispiam hoc o
mmittit hoc eicit quod eque ei q uidet consonu est:
eum profecto constat omni nature excidisse ratione:
atq: ad fabulas ee deuolutum. Signa uo quaedam eoꝝ
que insupnis consumantur ferre quaedam: ex his que
nobis apparent ^ hec enim multis modis fieri possunt
cuiusq: tamen uisum obseruandum e. atq: in ea que
illi adiunguntur diuidendu. quaeq: no contenditur
plurimis modis pfici ut ea que sunt apd nos. Mund
est celi quedam continentia stellas & terram & quae ui
dentur omnia continens. abscisioneq: ex infinito hns
atq: in finem desines: siue rarum: siue densum: quo so
luto: quae in illo sunt omnia confusionem accipient.
& desinens aut in eo q circum agitur aut instantiam
habe& & rotundam: aut triangularem: aut quacunq:
circumscriptionem: Omnib; quippe modis fieri possibi
